AUTHOR:

LUCILIUS, CAIUS

TITLE:

C. LUCILII SATURARUM,
CAROLUS ...

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1876

Master Negative #

93-81282-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

1876

Lucilius, Caius.

C. Lucilii Saturarum, Carolus Lachmannus emendavit. Berolini, typis et impensis G. Reimeri, 1876.

vii, 139 p. 22½ cm.

For index, see Harder, Franz. Index Lucilianus ...1878.

 Copy in Classics Reading Room. 1876.

65920

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-19-93 INITIALS M.D.C

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: Lucilius, Caius

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

_____ Illegible and/or damaged page(s): _____

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

_____ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: SUNY (Albany)
10-12, 19-20, 22, 24, 47-48

_____ Other: _____

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Coll

C. LUCILII

SATURARUM

CAROLUS LACHMANNUS
EMENDAVIT

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI
MDCCCLXXVI

PRAEFATIO IOANNIS VAHLENI

Carolum Lachmannum notum est extremis vitae annis, tum cum totus erat in restituendo Lucretio, simul Lucilii saturarum versus superstites emendate scriptos edere constituisse: qua in re quantum hoc felix acumen profecisset, cum speciminibus quibusdam per prooemiorum academicorum occasionem editis tum magis ipso illo commentario in Lucretium composito patefactum erat. Itaque cum anno MDCCCLI immatura mors virum incomparabilem his studiis ac litteris nostris eripuisset mox rumor percrebuit, Lucilianarum reliquiarum συλλογὴν paene absolutam in scriniis eius inventam eamque a Mauricio Hauptio, quo nemo propius ad Lachmanni ingenium ac familiaritatem accesserat, propediem editum iri: eique rumori Martinus Hertzius fidem addiderat in vita Lachmanni p. 149 s. et XXVII n. Sed expectationi doctorum valde erectae, quippe quibus nihil gratius acceptiusve accidere potuisset quam hoc extremo Lachmanni opere

frui, multos annos Hauptius non respondit, ac paulatim haec spes omnis aliquando reclusum iri hunc thesaurum ut vana abiecta est. Verum Hauptio ipso mense Februario anni MDCCCLXXIV acerba morte absumpto cum amici eius consilium inirent edendi si qua edenda reliquisset, protractae sunt cum aliis chartae Lucilianae suscitatumque est illud iam consopitum Lucilii Lachmanniani desiderium. Itaque cum ego auctumno anni MDCCCLXXIV Berolinum venissem, provinciam Hauptii obitu vacuam factam aditurus, Theodorus Mommsenus, Hauptii et Lachmanni dum in vivis erant familiaris idemque mihi favens et cupiens, mecum de edendi libelli cura suscipienda egit: et ego inspectis quae parata erant cum et posse haec edi et editum iri cum magno litterarum emolumento mihi persuasissem, accepi condicionem tantumque exinde huic officio operae impendi quantum multis distento negotiis in hac novitate rerum licuit.

Parata autem offendi haec, primum Lachmanni schedas, nitidissime scriptas, in summo margine saturarum libri notam scriptam tenentes cui quodque fragmentum attribui iuberet testimonium aut ratio suaderet, indicia quoque nonnumquam propiorem cognationem si qua erat inter versus duos aut plures significantia, dein versus ipsos, emendatos aut quae emendari posse desperarat uncinata, denique testium verba et adnotationem editoris, haec ita inter se discreta uti nunc discreta leguntur. Accedebat earundem schedarum apographon Hauptii manu et subtili diligentia factum; quod is operis traditurus erat: notulas adiecerat quibus typothetam regere solemus, praefixerat indicem, eundem

qui nunc legitur, praeter annum, quem ille posuerat, MDCCCLII, quae in praefatione memorare vellet adnotaverat haec 'ubi necessarium videbatur comm. in Lucr. commemoravi': tam fervide tamque certus rei protinus perficiendae aliquamdiu hoc edendi consilium agitaverat, dein nescio qua causa omissum, nec umquam postea uti videtur resumptum. Praeterea praesto fuit Hauptii exemplar Lucilii Gerlachiani, in cuius marginibus cum alia ad hanc rem pertinentia tum coniecturas quasdam suas adnotaverat velut v. 678 *tete abstuleris* et versuum 152—159 distributionem scripturamque eam, quae nunc e Lachmanni schedis editur: sed praecipue eo usus erat exemplo ad explorandum ecquinam Lucilii versus in Lachmanni schedis non apparerent, apparentibus in illo libro lineola notatis, additurus ipse si quid a Lachmanno reliquum factum constaret.

Verum apographon illud cum non per omnes Lachmanni schedas pertineret sed complecteretur tantum versus singulis libris adscriptos et incertorum hac inscriptione facta 'I—XXV. XXX' versus 986—1020, hoc primum meum erat, reliqua ex Lachmanni schedis adiicere: atque incerta haec non metro sed libro fragmenta bifariam disposui ita, ut versus dactylicos eodem indice continuarem illis quos Hauptium iam exarasse dixi, trochaicos autem et iambicos hac inscriptione 'XXVI—XXVIIII' comprehensos libro XXVIIII subiicerem. Sed hexametri illi cum non omnes unius generis partim sine libri numero tradantur partim signati numero sed falso, item iambici et trochaici versus a grammaticis aut nulla libri nota aut prava designentur, Lach-

mannus numero non vero insignitis versibus verum quem putaret adscripsit aut certe traditum verum non esse significavit, reliquos autem ita divisit ut dactylicorum parti alteri 'I—XXV', alteri et maiori quidem parti 'I—XXV. XXX' adfigeret, trochaicis autem et iambicis pro metrorum genere vel 'XXVIII. XXIX' adscriberet vel 'XXVI—XXIX', rationes scilicet secutus eas, quas in altero illorum prooemio exposuit, quae nunc cum ceteris eius opusculis in peculiari libello simul cum Lucilio prodeunte legi possunt. His igitur, quae ad Lachmanni mentem declarandam momentum facere apparet, usus sum ita, ut fragmentis ad hunc modum ordinatis indicia illa omnia sicut in schedis praescripta erant testium verbis sed uncis inclusa adnecterem.

Sed in certorum quoque librorum fragmentis a se digestis Hauptius nonnulla aut in versibus aut testimoniis aut in utrisque inchoaverat tantum non perscripserat, sive quid ipse Lachmannus incertum reliquerat sive deerat omnino schedula Lachmanni, alibi nulla littera scripta sed spatio vacuo relicto significarat esse quae in retractando apographo addere vellet. Haec ego perscripsi et addidi ea lege nihil ut ipse emendarem sed poëtae verba et grammaticorum testimonia ita ponerem ut ante vulgari solebant, et illis quidem fragmentis quae sine Lachmanni scheda inchoaverat tamen Hauptius, asteriscos praefixi, quibus ipsum in eis quae a se addita essent usum viderem, quae vero non ducente Hauptio in spatiis ab eo relictis adieci, ea ut meo unius consilio nitentia extra numeros versuum posui, neminem ut decipere possent. Ad eundemque modum disposui et exaravi ea quae in

incertis desiderari videbam a Gellio maxime Macrobioque relata fragmenta: nec tamen ut omnia asciscerem quae poteram, sed ut relinquerem primum ea, quae ne potuisse quidem Lachmannum ipsum aut Hauptium illo anno edere intellegebam, dein olim vulgata, quae aut perperam essent ad Lucilium relata aut illos viros inter huius poëtae reliquias edituros fuisse certa dubitatio esset. Quippe non hoc nunc agendum erat, ut quam plenissima haec Lucilianorum collectio extaret, sed ut quantum fieri posset talis exiret qualem aut Lachmannus aut proxime post Lachmanni obitum Hauptius editurus fuisse videretur. Quae etsi est sane manca, tamen tantam partem ab ipso esse Lachmanno adornatam apparet, ut non verendum sit, ne hac administrata editione inutilem rem gessisse videamur: verum ita sentimus, magni viri operam etiam non ad umbilicum adductam et diu pressam nec suo tempore editam non obsolescere sed ubi primum prodeat lucem spargere inexpectatam et veri appetentibus gratam.

Scrib. Berolini m. Septembri a. MDCCCLXXV.

I

Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus

quis leget haec?

consilium summis hominum de rebus habebant.

'vellem cum primis, fieri si forte potisset,

---

1. Varro de lingua Lat. v p. 9, 1 "A qua bipertita divisione *Lucretius* suorum *unum* et viginti librorum initium fecit hoc, 'aetheris ... tempus'."

2. Glossae in Persii saturam I, 2 "Quis leget haec? Hunc versum de Lucilii primo transtulit."

3. Servius ad Aeneidos IX, 227 "Consilium summis regni de rebus habebant. Summis, utrum maximis, an quod putabant eas in extremo sitas? et est Lucilii versus uno tantum sermone mutato: nam ille ait 'consilium ... habebant'."

Idem ad Aeneidos x, 104 "Accipite ergo animis. Totus hic locus de primo *Luculii* translatus est libro, ubi inducuntur dii habere concilium, et agere primo de interitu Lupi cuiusdam ducis (*iudicis* alii) in re publica, postea sententias dicere."

4. Asconius falsus in Divinationem 43, p. 116 Bait. "Iovem ego optimum maximum. Haec capita solent usitata esse causidicis imperitis; quod genus vitii in primordio in rhetoricis vulgare nominat. incipiebant autem veteres ... aut ab invocatione deorum ... aut reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius 'vellem ... PETISSET'. vitiose ambo capita."

Iulius Rufinianus de figuris sententiarum 31 "Epanalepsis, repetitio sententiae propter aliam necessariam causam, non ut fit in figuris elo-

---

4. *potisset* Iosias Mercerus.

vellem concilio vestrum, quod dicitis olim,
caelicolae .... adfuissemu' priore
concilio.

quo populum adque urbem pacto servare potisset
ampliu' Romanam.

si non amplius, ad lustrum hoc protolleret unum

* 'ut nemo sit nostrum quin pater optimu' divum
aut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars,
Ianu', Quirinu' pater nomen dicatur ad unum

* nec si Carneaden ipsum Orcu' remittat.

pulcher

cutionis, sed *(sed ut?)* apud Lucilium 'VEL concilio . . . priore concilio'."

8. Interpres Veronensis Aeneidos XII, 680 ". . . ique amplius, id est diutius, ulterius. Lucil. 'quo populum ... *pactos* servare potisset . . plius." Charisius p. 176 "Amplius. Lucilius saturarum I 'quo *pactum* populum atque urbem servare *potissit* amplius romanam'."

10. Nonius p. 159, 22 "Protollere est differre. Lucilius satyrarum lib. I 'si ... ad IUSTRUM ... unum'."

11. Lactantius instit. IV, 3, 12 "Itaque et Iuppiter a precantibus pater vocatur et Saturnus et Ianus et Liber et ceteri deinceps, quod Lucilius in deorum concilio irridet: 'ut nemo sit nostrum quin pater optimus divum aut Neptunus ... Quirinus pater nomen dicatur ad unum'."

14. Lactantius instit. V, 14, 3 "Carneades, academicae sectae philosophus, cuius in disserendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit ipsum, ex praedicatione Ciceronis intelleget, aut Lucilii, apud quem disserens Neptunus de re difficillima ostendit non posse id explicari, 'nec si .... remittat'."

15. Servius ad Aeneidos III, 119 "Et quidam pulcher Apollo epitheton datum Apollini reprehendunt: pulchros enim a veteribus exsoletos dictos. nam et apud Lucilium Apollo pulcher dici non vult."

5. *Vellem concilio* Ianus Dousa. idem *Caelicolae, vellem, inquam, adfuvissemu' priore.* malim *quod dicitis olim, Caelicolae, factum, vellem adfuissemu' priore Concilio.*
10. *lustrum* Aldus.
13. Ianus Dousa *omnes dicamur ad unum.*

haec ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.

* per saturam aedilem factum, qui legibu' solvat

stulte saltatum te inter venisse cinaedos

inritata canes quam homo quod planiu' dicit.

serpere uti gangraena mala atque herpestica posset.

ad caenam adducam, et primum hisce abdomina thunni

16. Nonius p. 158, 8 "Pausa est quies alicuius rei. ... Lucilius satyrarum lib. I 'haec ... pausam ORE loquendi'."

17. Diomedes p. 483 "alii autem dictam putant a lege satyra, quae uno rogatu multa simul conprehendat, quod scilicet et satura carmine multa simul poemata conprehenduntur. cuius satyrae legis Lucilius meminit in primo 'per satyram ... legibus solvat'."

18. Nonius p. 5, 30 "Cinaedi dicti sunt apud veteres saltatores vel pantomimi. ... Lucilius satyrarum lib. I (*lib. II* Iunius) 'stulte ... cinaedos'."

19. Charisius p. 100 "Canes. Lucilius primo 'Inritata . . . *quod* planius dicit', pro canis." Idem p. 118 "Torques hic et haec torques nominativo, ut hic et haec canes a Lucilio libro primo dictas (*dictum* Lindemannus) legimus." Nonius p. 31, 23 "Irritare ... Lucilius satyr. lib. I 'inritata (*irritata* Guelferbytanus) *cane* quam homo *quam* planius dicit'." Donatus ad Adelphos Terentii II, 4 p. 269 "nam irritari proprie canes dicuntur. Lucilius de littera r 'irritata *canis quod* homo *quam* planius (*plurima* olim impressi) *dictat*'."

20. Nonius p. 117, 21 "Gangrena est cancer. *Lucretius* (olim impressi *Lucilius*) satyrarum lib. I 'serpere uti gangrena MALO atque (*ad quem* Leidensis) herpestica posset'."

21. Nonius p. 159, 24 "Priva significat singula. Lucilius satyrarum lib. I 'ad caenam ... *isce addomina thymni* ... dabo'." Idem p. 35, 21 "Privum est proprium unius cuiusque ... idem 'abdomina *tunni* priva dabo'." Gellius x, 20 "quia veteres priva dixerunt quae nos singula dicimus; quo verbo Lucilius in primo satirarum libro usus est, 'abdomina *thynni* ... *cephaleaque acarne* (*carne* regius)'."

16. *facit* olim additum in exemplaribus impressis.
20. *mala* Fr. Dousa. Hadr. Iunius *atque herpes ita.* male. Pollux IV, 206 *ἑρπηστικὸν ἕλκος ἐνοχλεῖ μὲν πρεσβυτῶν κνήμαις καὶ ποσίν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ μηροῖς καὶ χερσίν· ἔστι δὲ ὑποπέλιδνον καὶ νέμεται καὶ φλεγμαίνει.*

advenientibu' priva dabo cephalaeaque acharnae.

infumam egestatem turpemque odisse popinam

ut multos mensesque diesque,
non tamen aetatem, tempestatem hanc scelerosi mirentur,

ut contendere possem
Thestiados Ledae atque Ixionies alochoeo.

et mercede merent ob religiones.

vultus item ut facies, mors, acer morbu', venenum.

munu' tamen fungi et muros servare potissint.

porro quae cumque est, cui cumque, ut diximus ante,

---

23. Nonius p. 161, 17 "Popinones vel hi quos nunc dicimus tabernarios, a popinis, vel luxuriosi qui se popinis dedunt. ... Lucilius lib. I 'INFAMAM HONESTAM ... popinam'."

24. Donatus ad Terentii Eunuchum IV, 5 p. 166 "Iam dudum, aetatem, pro longinquo tempore. Lucilius 'ut ... aetatem'." Nonius p. 174, 26 'Scelerosi pro scelerati. Lucilius satyrarum lib. I 'non tamen ... mirentur'."

27. Nonius p. 258, 29 "Contendere significat comparare ... Lucilius satyrarum lib. I 'ut ... lede atque IXIONES ALCHOLOCHEO'."

29. Nonius p. 345, 6 "Meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit. ... Lucilius lib. I 'et mercede MERET religiones'."

30. Nonius p. 427, 4 "Vultus et facies hoc distant. ... Lucilius satyrarum lib. I 'vultus ... CITER morbus venenum'."

31. Nonius p. 497, 10 "Accusativus positus pro ablativo. ... Lucilius satyrarum lib. I 'munus ... *possint*'."

32. Nonius p. 500, 18 "Ablativus pro genetivo. ... Lucilius satyrarum lib. I 'porro quae cumque ET ... obstiterit PROMO (*primo* Leidensis et olim impressi) hoc minuendi REFERT RES'."

---

22. Sotadis versus est in comicis Meinekii III p. 585 *γλαύκου φέρω κεφάλαια παμμεγέθη δύο.*

28. Correxit Mercerus ex Homericis in Iliados Ξ, 317, *Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο, Ἣ τέκε Πειρίθοον.* est autem ita fere intellegendum, *faciem tecum ut contendere possem Thestiados Ledae.*

30. Scaliger *icteru' morbu'.*

obstiterit primo, hoc minu[endi] referet re.

praetextae ac tunicae, Lydorum opu' sordidulum omne,
psilae, atque amfitapoe villis ingentibu' molles,

porro clinopodas lychnosque ut diximu' σεμνῶς
ante pedes lecti atque lucernas

nodum in scirpo, insane, fac, aëre vulnus.

miracla [ciett] elefantas.

aput tene, inquit, aqualest?

---

34. Nonius p. 536, 27 "Tunica est vestimentum sine manicis. ... Lucilius satyrarum lib. I 'praetextae ... SORDIDUM omne'." Idem p. 540, 26 "*Amfytapae* vestes dicuntur utrimque habentes villos. Lucilius satyrarum lib. I 'psilae atque *amfytapae* ... molles'." cetera vide ad librum IV, versu 224.

35a. Macrobius Sat. VI, 4, 18 "Inseruit operi suo et Graeca verba, sed non primus hoc ausus ... Lucilius in primo 'porro KAEINOPOΔAC clinopodas lychnosque ut (scripti nonnulli *et*) diximus semnos ante ... lucernas'."

36. Donatus ad Terentii Andriam V, 4 p. 91 "Nodum in scirpo quaeris. Scirpus palustris res et levissima. Lucilius in primo 'nodum ... FACERE (*facerem* olim impressi) VULGUS'. est autem scirpus sine nodo et levis iunci species."

37. Nonius p. 521, 30 "Mira, miracula, veteres pro monstris vel horrendis ponebant. Lucilius satyrarum lib. I 'miracla ciet telefantas'."

38. Charisius p. 95 "Autumnal. Varro 'aequinoctium autumnal', quod idem Plinius eodem libro sexto notat. videndum tamen est an reprehensione sit dignum, prius illa nobis spectata ratione. nomina quaedam sunt principalia, quae Plinius Secundus eodem libro facientia appellat (Fabricius addidit *ut aqua*); ex quibus possessiva nascuntur, quae patiendi vocat, ut aquale (nam Lucilius I saturarum 'aput te NEQUE inquit AQUALES'), non ut autumnal. huius autem principale nomen est aqua: quod vero patitur ac tenet aquam, aquale. 'ut equile sedile monile', ait idem Plinius, 'aquale'. ... animal animale faciet, ut autumnal autumnale, capital capitale, tribunal tribunale; quae patiendi non

---

33. * Conf. comm. in Lucr. p. 150.
34. *sordidulum* Ianus Dousa.
35a. Ianus Dousa *ἀντί.*

vulturius

II

fandam atque auditam iterabimu' famam.

ut iure peritus

quem hi cum vidissent, Hortensiu' Postumiusque,
ceteri item, in capulo hunc non esse aliumque cubare,

non dico. vincat licet, et vagus exulet, erret
exlex.

nam quid moetino subiectoque huic opu' signo,

---

sunt, ut supra diximus. Plinius Secundus animal non animale ait dici debere."

39. Charisius p. 75 "Vultur dixit Virgilius in vi, sed et vulturius Lucilius in i."

40. Interpres Veronensis Vergilii ad Aen. ii, 81 ".. et Pacuvius in Teucro 'Nihilne a Troia adportat fando?' Lucilius in ii 'fandam ... iterabimus f[*amam*'. *itaque hic*] patiendi vim non agendi habet: supra vero, 'quis talia fando Myrmidonum', activo modo enuntiavit."

41. Charisius p. 62 "Iuris consultus dici debet, non iure consultus; licet Cicero pro Murena ita dixerit, et Lucilius secundo 'ut iure peritus'."

42. Nonius p. 4, 31 "Capulum dicitur quicquid aliquam rem intra se capit: nam sarcofagum, id est sepulchrum, capulum dici veteres volunt, quod corpora capiat. ... Lucilius saturarum lib. ii 'quem ILLI cum ... cubare'."

44. Nonius p. 10, 15 "Ilex et exlex est qui sine lege vivat (impressi *Illex* et *vivit*). ... Lucilius satyr. lib. ii 'non ... exlex'."

46. Nonius p. 10, 32 "Lurcones dicti sunt a lurchando. lurchare est cum aviditate cibum sumere. Lucilius saturarum libr. ii 'nam quid ... carnaria FARTIM PARUM conficeret'. Pomponius Syris 'lapatium nullum utebatur (*nullus vescebatur* viri docti), lardum lurchabat lubens'. ..."

---

46. De Mutino deo Festus p. 154, 3 ibique viri docti. *mutinum* pro verpo dici ex Priapeo 74 apparet; quod cum exemplaria vetera ita scriptum habeant, *Tutelam pomarii diligens Priape facito, Rubricato furibus minare (rumere) mutino*, mihi in hunc modum videtur restitui posse, *Tutela pomari o Priape, mutino Minere facito furibus rubricato.*

ut lurcharetur lardum et carnaria, furtim
partum conficeret?

hostilibu' contra
pestem perniciemque, catax quam et Manliu' nobis

vix vivo homini ac monogrammo.

si natibus natricem
inpressit crassam et capitatam

in bulgam penetrare pilosam

ego quae nunc Aemilio prae
canto atque exigo et excanto.

nunc nomen vitamque ex testibus ipse rogando
exculpo. haec dicam.

---

49. Nonius p. 25, 19 "Catax dicitur quem nunc coxonem vocant. Lucilius satyrarum ii 'hostilibus ... nobis'." Idem p. 218, 32 "Pernities generis feminini. Lucilius satyrarum lib. ii 'pestem pernitiemque ... *novius*'."

51. Nonius p. 37, 14 "Monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores. tractum a pictura, quae prius quam coloribus corporatur umbra fingitur. Lucilius lib. ii 'vix vivo (*vino* Guelferbytanus) ... monogrammo'. ..."

52. Nonius p. 65, 29 "Natrices dicuntur angues natantes. ... Lucilius saturarum lib. ii 'si ... capitatam'."

54. Nonius p. 187, 18 "Vulga, capacitas vel sinus cum laxitate. Lucilius lib. ii 'in *vulgam* penetrare pilosam'. ..."

55. Nonius p. 102, 9 "Excantare significat excludere. Plautus Bacchidibus 'nam, credo, cuivis excantare cor potest'. Lucilius satyrarum lib. ii 'QUAE EGO nunc ... excanto'. Varro Eumenidibus 'ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt'."

57. Nonius p. 102, 20 "Exculpere est extorquere. ... Lucilius satyrarum lib. ii 'nunc nomen IAMQUE ... dicam'."

---

ibi Scaliger Lucilio *mutinum φυλακτήριον* vel *προβασκάνιον* esse contendit, idemque scribit *subrectoque signo.*

47. *furtim* Turnebus.

homo inpuratus et inpos
iste rapinator.

tum [facto] omnia sum circum latus.

quid dicis? cur est factum quod coicis istuc?

inpuratum hunc in fauces invasse animamque
elisisse illi.

lustratu', piatus,

[hyodyty] aurati [ciceetoracia] mitrae

nunc praetor tuus est, meu' si discesserit horno
gentilis.

---

59. Nonius p. 129, 28 "Inpuno, quod est inpudens. Lucilius lib. II 'homo inpuratus et INPUNO EST *rapister*'." Idem p. 167, 22 "Rapinatores pro raptoribus. ... Lucilius lib. II 'homo *impudicus* et INPUNE EST rapinator'."

61. Nonius p. 261, 26 "Circumferre est proprie lustrare. Lucilius satyrarum lib. II 'tum ... SUNT circumlatus'. Plautus in Amfitryone 'iube istam pro cerrita circumferri'. Virg. lib. VI 'idem ter socios pura circumtulit unda'."

62. Nonius p. 268, 5 "Coicere, furari, auferre. (?) ... Lucilius lib. II 'quid ... istuc'."

63. Nonius p. 291, 30 "Elidere etiam excludere significat. ... Lucilius satyrarum lib. II 'INIURIATUM ... illi'."

65. Nonius p. 335, 14 "Lustrare, expiare. ... Lucilius satyrarum lib. II 'lustratus piatus'."

66. Nonius p. 539, 21 "*Rica* est quod nos sudarium dicimus. ... Lucilius satyrarum lib. II 'HYODYTY (*hrodyty* Leidensis) aurati CICEETORACIA mitrae'."

67. Donatus ad Terentii Andriam V, 6 p. 94 "Tuus est nunc Chremes. Lucilius in secundo (*in septimo* Ms. Lindenbrogii) 'nunc ... horno gentilis (olim impressi *homo gentili*)'."

---

59. Nonius videtur scripsisse *Inpuns, hoc quod est inpotens.*
61. Fortasse *Tum fana omnia sum.*
63. *Impuratum* Mercerus.
66. Böckhius *ὑσκλωτοί*, qui sunt calcei obstrigilli.

qui te, Nomentane, malum iam [cetera] perdat.

quae horis sublata duabus
omnia sunt sole occaso [ductoque]

succussatoris taetri tardique caballi

vivite lurcones, comedones vivite, ventres.

III

longe tria milia passum

---

69. Donatus ad Terentii Phormionem I, 2 p. 440 "Qui illum. Qui utinam est, ut Lucilius in secundo 'qui te *momentane* ... perdat'."

70. Priscianus p. 869 "Occido, occasus, ὁ *δύνας*. ... Lucilius in II 'quae ... ductoque'."

72. Nonius p. 16, 29 "Succussare est susum frequenter excutere. Accius Filocteta 'agite ac, vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini'. Lucilius satyr. lib. IIII 'succussatoris *tardi rarique* caballi'. idem lib. XV 'Campanus sonipes succussor nullus sequetur'." Idem p. 86, 14 "Caballus. Lucilius lib. II '*succussatori* taetri tardique caballi'. ..."

73. Donatus ad Phormionem Terentii V, 7 p. 497 "An ventrem totum parasitum dicit? ut Lucilius in secundo 'vivite *lucrones* ... ventres'." Nonius p. 11, 8 "Lurcones dicti sunt a lurchando. ... Lucilius satyr. lib. V 'vivite ... *ventris*'."

III. Commentator Cruquianus ad Horatii sermonum I, 5 p. 361[a] "Lucilius lib. 3 descripsit iter suum, quod Roma fecit Capuam et inde ad fretum usque Siciliense. hunc imitatus Horatius iter suum ab urbe Roma descripsit Brundisium usque, commemorans eius itineris incommoda simul et facetam contentionem Sarmenti scurrae et Messii Cicerri." Porphyrio "Lucilium hac satira aemulatur Horatius, iter suum a Roma usque Brundusium describens; quod et ille in 3 libro fecit primum a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense."

Porphyrio ad illud Horatii serm. I, 10, 53 'Nil comis tragici mutat Lucilius Atti?' "Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in *tertio* libro et nono et decimo."

74. Charisius p. 182 "Longe pro longitudine. Lucillius satur. tertio 'longe tria mil. *passuum*'."

---

69. *Momentanum* Sangallensis codex Horatii serm. I, 8, 11 II, 1, 22. Franc. Dousa *iam querquera.* fortasse *malum iam pectori' perdat.*
71. Ianus Dousa *obductoque tenebris.*

* verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
susque et deque fuere, inquam, omnia ludu' iocusque:
illud opus durum, ut Setinum accessimu' finem,
αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

cernuus extemplo plantas convestit honestas.

crebrae ut scintillae, in stricturis quod genus olim
ferventi ferro

bronchu' Bovillanus dente adverso eminulo hic est
rhinoceros velut Aethiopus.

non peperit, verum postica parte profudit.

---

75. Gellius xvi, 9 de susque deque "Lucilius in tertio 'verum... Athones'."

79. Nonius p. 21, 1 "Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat. Lucilius satyr. lib. iii 'cernuus... honestas'."

80. Nonius p. 21, 15 "Stricturae dicuntur proprie scintillae quae de ferro ferventi eunt. ... Lucilius satyrarum lib. iii 'crebrae... ferro'."

82. Nonius p. 25, 28 "Bronci sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius satyrarum lib. iii 'broncus NOVIT LANUS ... rinoceros'." Priscianus libro vi p. 689 "Lucillius (nebulo Lipsiensis sine nota *Lucil. in IIII*) Aethiopus dixit pro Aethiops, 'rhinoceros (idem nebulo *rhinocerus*) velut Aethiopus'."

84. Nonius p. 217, 15 "Posticam feminino genere consuetudine appellamus. Lucilius satyrarum lib. iii 'non ... VIRUM ... PROFUNDIT'."

---

79. Paulus ex Festo libro iii p. 42 Lind. *Cernuus, calciamenti genus.* item Isidorus orig. xix, 34 *Cernui socci sunt sine solo.* hoc quod Scaliger a Verrio Flacco ex versu Lucilii male intellecto detortum censet, non debuit aliis credibile videri. facilius dicam Nonium in versu Lucilii exponendo peccasse, ut peccavit alio eiusdem poëtae versu ex libro xxvii huc relato. sed cum Paulus et Isidorus Lucilii nomen non habeant, hic noster versus quomodo intellegendus sit dici non potest.

80. *Stricturae* sunt massae ferri procudendo extentae. * Conf. comm. in Lucr. p. 86.

82. Recte haec coniunxit Fr. Dousa. hinc Horatius duxit illud, *equi te Esse feri similem dico.* *Bronchus* Graecum est, guttur. *Bovillanus* egregie Turnebus in adversariis xvii, 24.

84. *verum* impressi. *profudit* alii apud Fr. Dousam.

illud ad incita cum redit atque internecionem

viamque
degrumabis, uti castris mensor facit olim.

praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

et saepe quod ante
optasti, freta Messanae, Rhegina videbis
moenia, tum Liparas, Facelinae templa Dianae.

bis quinquagena: videbis
commoda tu Capua quinquaginta atque ducenta.

inde Dicaearchium populos Delumque minorem

---

85. Nonius p. 123, 25 "Incitas dicitur egestas. ... Lucilius saty rarum lib. iii 'illud ... *rediit* atque internecionem'."

86. Nonius p. 63, 9 "Est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam diriguntur, ut (*et*) est agri mensorum et talium. Ennius libro xviii gruma dirigere dixit degrumari ferrum. Lucilius lib. iii 'viam *quae degrumaris ut* ... olim'."

88. Nonius p. 489, 11 "Ab eo quod est labos labosum facit, non laboriosum, Lucilius satyrarum lib. iii (*Luc. in IIII saty.* olim impressi) 'praeterea ... atque lutosum (sic Leidensis: Mercerus et Iunius omittunt *atque lutosum:* olim impressi et Iunius addunt *idem Tantalus labosas poenas:* Guelferbytanus haec omnia omittit, ita, *non laboriosum, Lucilius satyrarum lib. IIII Tantalus qui poenas* etc.)'."

89. Probus ad bucolica Vergilii p. 4, 15 "Facelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio meminit sic, 'et ... freta *messanam* (sic Vaticanus, et in margine *messanae*, Parisiensis *messana*) ... facelinae (*fascelinae* Vaticanus) ... dianae'."

92. Nonius p. 266, 26 "Commodum, integrum, totum. Lucilius 'bis quin ACTOGENA ... TE capua ... atque cc'."

94. Paulus ex Festo libro xi p. 91 "Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum; cui successit postea Puteolanum, quod municipium Graecum antea DIKIARCHIA vocitatum est. unde Lucilius 'inde DICIARCHICUM ... minorem'."

---

88. Nonius peccat.

94. * Conf. comm. in Lucr. p. 193 et 281 et 392.

promontorium remis superamu' Minervae.

* ad portam mille a porta est sex inde Salernum

quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum.

hinc media remis Palinurum pervenio nox.

caupona hic tamen una Syra

exhalas tum acidos ex pectore ructus.

Symmachu' praeterea iam tum depostu' bubulcus
expirans animam pulmonibus aeger agebat.

Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis

---

95. Servius ad Aeneidos I, 244 'fontem superare Timavi'. "Superare nauticus sermo. Lucilius 'promontorium ... minervae'."

96. Gellius I, 16 et ex eo Macrobius Saturn. I, 5, 6 ".. Lucilius in tertio satirarum 'ad portam ... sex inde Salernum'. mille, inquit, est, non mille sunt'."

97. Probus ad Vergilii georg. III, 146 p. 61, 12 "Silarus flumen est Lucaniae. portus Alburnus et eiusdem nominis mons ad sextum a Primis (*Parcis* Parisinus) tabernis. mentionem facit Lucilius hoc versu 'quattuor ... alburnum'."

98. Servius ad Aeneidos x, 244 "Alii more antiquo lux pro luce accipiunt. Lucilius in tertio 'hinc ... nox', pro nocte."

99. Priscianus p. 684 "Et sciendum quod quinque inveniuntur in o terminantia quae faciunt in a feminina, ut leo leaena vel lea, draco dracaena, leno lena, caupo caupona, quod significat tam ipsam tabernam quam mulierem. Lucilius in III 'caupona ... syra'."

100. Nonius p. 164, 32 "Ructus a ructando dictus. ... Lucilius satyrarum lib. III 'exhalas ... ructus'."

101. Nonius p. 279, 18 "Deponere est desperare; unde et depositi desperati dicuntur. Lucilius satyrarum lib. III 'Symmachus ... *depositus* bubulcus *exhalans* ... agebat'." Idem p. 38, 27 "Expirare dictum est vel ab spiritu effuso vel ab spiraminibus. Lucilius lib. III 'expirans ... agebat'."

103. Nonius p. 206, 14 "Forum generis neutri. masculini Lucilius lib. III 'romanis ... lucernis'." Charisius p. 55 "quamvis ... Lucilius negotiorum forum masculine extulerit libro tertio, 'forus ... lucernis'."

ille alter abundans
cum septem incolumis pinnis redit ... recipit se.

ergo
e somno pueros cum mane expergitu' clamas,

et spatium curando corpore honestum
sumemus.

ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

coliculi asparagique
nulli ...... praecox ....

vertitur oenoforis fundus, sententia nobis.

---

104. Donatus ad Terentii Phormionem I, 3 p. 444 "Amore abundas Antipho. Abundare dicitur qui successu prospero affluit. Lucilius libro tertio 'ille ... septem in *locum hispanus* (*his pinnis* Ms. Lindenbrogii) r a r *p*'." Scholiastes Iuvenalis III, 158 'inter Pinnirapi (gladiatoris) iuvenes'. "Aut ideo pinnirapes, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucilius 'cum septem ... se'."

106. Diomedes p. 372 "Sed expergitus dicitur qui satiatus somno sponte evigilat. unde et Lucillius ait 'ergo ... *clamo*'." Priscianus p. 888 "Quamvis vetustissimi etiam expergitus dicebant. Lucilius in III 'e somno ... clamas'."

108. Nonius p. 396, 13 "Sumere etiam significat eligere. Lucilius satyrarum lib. III 'et ... sumemus'."

110. Nonius p. 216, 5 "Ostrea generis feminini. Lucilius satyrarum lib. III 'ostrea ... peloris'."

111. Charisius p. 55 "Lignum singulariter dici semper debet in multitudine. Cato originum primo 'velles' ait 'ligni'; sicut et fasces dicuntur asparagi, quamvis asparagos pluraliter dicamus, ut Lucilius III 'asparagi nulli'." Nonius p. 150, 17 "Praecox et (*est*) praecoca, quod est inmatura. Ennius annali. lib. VIII 'praecox pugna est'. Lucilius lib. III 'ANICULA ASPERA ATQUE' [PRAECOX EST FUGA]. Novius 'huic puellae praecoquis (*praecoqui*) livido inest'." quae uncis inclusi, ea Palmerius Varronis esse vidit. scilicet p. 156, 31 leguntur haec, "Praecox, id est praecoqua. Varro in Ephebo, *περὶ ἐμμονῆς* 'Verere ne manum non mittat? ... ea praecox effuga (*est fuga*)'."

113. Nonius p. 173, 16 "Sententia, sensibilitas. ... Lucilius satyrarum lib. III 'vertitur oenoforis ... nobis'." Scholion Persii sat. v,

malas tollimu' nos atque utimur .... rictu.

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
partisses.

conturbare animam potis est qui cumque adoritur.

student hi ligna videre

et pulvino fultus

ut pote

---

140 "Oenophorum, vas vinum ferens: *οἶνος* enim vinum est. de quo est illud, 'vertitur *oenophori* f. s. n.'" Isidorus orig. I, 35, 3 "Zeugma est clausula, cum plures sensus uno verbo clauduntur; quae fit tribus modis: nam aut in primo aut in postremo aut in medio id verbum ponitur quod sententias iungit. in primo, ut 'vertitur *oenophori* (*oenophoris* alii) ... nobis'." Idem libro XX, 6, 1 "Oenophorus, vas ferens vinum: *οἶνος* enim vinum est. de quo est illud, 'vertitur oenophoris ... nobis'."

114. Nonius p. 456, 5 "Rictum ferarum dici volunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere. ... Lucilius satyrarum lib. III 'malas ... utimur rictu'."

115. Nonius p. 475, 21 "Partire pro partiretur (*partiri*). ... Lucilius lib. III 'tu ... partisses'."

117. Priscianus p. 880 "Deponentia in rior desinentia, orior et morior, tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores. ... Lucilius in III 'conturbare ... adoritur'."

118. Charisius p. 55 post illa quae ad versum 111 adscripta sunt "Idem in eodem ligna pluraliter dicit, 'student ... VIDETE'."

119. Servius ad Vergilii ecl. VI, 53 p. 32[e] "Fultus hyacintho. Apud veteres unus quisque eo super quod iacebat fultus dicebatur. Lucilius in tertio 'et pulvino fultus'."

120. Charisius p. 197 "Utpote Lucilius tertio."

---

118. *videre* editores Charisii.

IIII

subicit huic fulcrum, fulmentas quattuor addit,

haeret verticulis adfixum in posteriore
parte atque articulis: nam ut nodus talu' genusque est.

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum conplexa comestque.

esurienti ex ore leoni exculpere praedam.

cumque hic tam formosu' tibi ac te dignu' puellus

hi prae se portant ingentes munere pisces

IV. Glossae in Persii saturam III "Hanc satiram poëta ex Lucilii lib. IV transtulit, castigantis luxuriam divitum et vitia."

121. Nonius p. 206, 27 "Fulmentum ... feminino Lucilius ... et lib. IIII 'SUCIT huic FULDUM ... addit'."

122 Festus p. 371, 21 et Paulus p. 159 "Verticulas cum ait Lucilius, ita appellavit vertebras." Nonius p. 207, 26 "Genu neutri est generis. ... masculini Lucilius satyrarum lib. IIII 'haeret ... ut NOVIS ... est'."

124. Nonins p. 477, 8 "Manducatur pro manducat. ... Lucilius satyrarum lib. IIII 'adsequitur neque ... *conmanducatum* totum'." Idem p. 478, 33 "Conmanducatur. Lucilius lib. IIII 'adsequitur *nec* opinantem ... totum *conplexum*'." Idem p. 81, 25 "*Comest* pro comedit. ... Lucilius satyrarum lib. IIII 'conmanducatur ... *comisque*'."

126. Nonius p. 102, 22 "Exculpere est extorquere. ... idem *uti* 'esurienti LEONI ex ore exculpere praedam'."

127. Nonius p. 158, 16 "Puellos, pueros. ... Lucilius satyrarum lib. IIII 'cumque ... puellus'." Festus p. 249, 18 "Et Lucilius 'cumque ... formosus *homo* ac ... puellus'." Priscianus p. 697 "Lucilius in IIII 'cumque ... formosus *homo* ac ... puellus'."

128. Servius ad Aeneidos x, 329 "Septem numero. Hoc est pro septem. et deest quia. veteres enim ita enuntiabant: Lucilius in IIII 'hi ... *mihi gentes* (*ingentes* apud Burmannum) ... numero'."

---

121. *Subicit huic fulcrum* Salmasius.

126. Ianus Dousa *idem 'ut si Esurienti ex ore leoni.* verius est *idem IIII 'esurienti.*

triginta numero.

longior hic congrus grue tota, cum volat olim

ne agitare manu tu
pessulum et hunc vectem possis cuneis agere ipse.

Tantalu', qui poenas ob facta nefantia pendit.

Tisifone tibin e pulmonibus atque adipe unguen
excoctum attulit, Eumenidum sanctissima Erinys?

Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam

130. Nonius p. 208, 17 "Grues genere feminino. ... Lucilius lib. IIII 'longior hic QUAM grus grue ... olim'."

131. Nonius p. 231, 8 "Vectis generis masculini. Lucilius satyrarum lib. IIII 'ne AGITAREM manu tu PESSULUS et ... possis cuneis IPSO'."

133. Nonius p. 489, 14 "Nefantia pro nefanda. Lucilius satyrarum lib. IIII (sic Guelferbytanus, Mercerus: *li. VI* olim impressi, *lib. III* Leidensis et Iunius) 'tantalus ... nefantia POENAS (omittunt olim impressi, Iunius, Mercerus) pendit (*luit* olim impressi)'."

134. Nonius p. 427, 11 "Sebum et unguentum hanc habent diversitatem. sebum fit ex adipe ruminantium. (?) Lucilius satyrarum lib. IIII 'tisifone TITENE (sic libri vel *tinete, tinnete*) pulmonibus atque ADIREM UNGUEM excoctum ATTULI EUMENIDIBUS sanctissima *erynis*'."

136. Nonius p. 393, 28 "Spurcum, saevum vel sanguinarium. ... Lucilius satyrarum lib. IIII '*aserninus* ... flaccorum UNAE quidam ... cum *pacedeiano* ... *natus* ... unus'." Idem p. 257, 26 "Componere rursus significat comparare. ... Lucilius satyrarum lib. IIII 'Samnis spurcus homo vita *ista* dignus *homo se* cum *pacideiane* ... unus'." Cicero de opt. genere orat. 6, 17 "A me autem, ut cum maximis minima conferam, gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines tamquam Aeserninus, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed acer et doctus, cum *Pacidiano* hic componitur, optimus (Beierus *optimo*) longe post homines natos: nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse divinius." Idem Tuscul. II, 17, 41 "Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutavit umquam? ... ergo hoc poterit Samnis ... locoque?" Idem in oratore 48, 161 "Quin etiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae litterae quae sunt in *optumus*, postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtae novi. ita enim loquebamur, ... 'vita illa dignu' locoque', non dignus." Quintilianus inst. IX, 4, 38 "Neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit 'SERINUS fuit' et 'dignus locoque'." Cicero in epist. ad Q. fratrem III, 4, 2 "Cum Aesernino Samnite Pacideianus comparatus viderer."

134. *adipe* Mercerus. *unguen* et *attulit Eumenidum* Iunius.
136. *Flaccorum munere* Ianus Parrhasius. In Quintiliano *Aeserninus fuit* Ludov. Ferd. Schmidtius de libro IX Lucilii p. 40.

Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque.
cum Pacideiano componitur, optimu' multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

'occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis,' inquit.
'verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse,
quam gladium in stomacho furiae ac pulmonibu' sisto.
odi hominem, iratus pugno. nec longiu' quicquam
nobis quam dextrae gladium dum adcommodet alter.
usque adeo studio atque odio illius ecferor ira.'

concursare in agros catulos fetumque ferarum

quod si nulla potest mulier tam corpore duro

Idem Cicero Tuscul. IV, 21, 48 "Sed in illo genere sit sane *Pacidianus* aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius, 'occidam illum ... in stomacho SURIA ac ... nec longius quicquam VOBIS ... ira'." Servius ad Aeneidos XII, 646 "Et quidam hoc verbum repraehendunt, usque adeone: melius dici usque adeo. Lucilius *septimo* 'usque adeo studio atque odio illius efferor'."

146. Nonius p. 457, 17 "Catuli non solum canum diminutive, verum omnium animalium appellantur. ... Lucilius satyrarum lib. IIII 'CONCURSARET agros ... fetumque FERAT'."

147. Nonius p. 458, 5 "Sumen proprie a sugendo dictum: nam et mulieris mammam sumen veteres dici volunt. Lucilius satyrarum lib. IIII 'quod si ... maneatQUE sucus lacerto et MANUS UBERI ... sidat'."

142. *in stomacho furiae* Bentleius.
144. *Nobis* pro *vobis* olim multi.
145. Apud Servium numerus libri debet esse *IIII*, non *VII*.
146. *Concursare* et *ferarum* olim homines docti.

esse, tamen tenero maneat quin sucu' lacerto
et manans uber lactanti in sumine sidat,

qui edit se, hic comedit me.

obtursi ebrius

V

quo me habeam pacto, tam etsi non quaeri', docebo;
quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est
pars hominum,
ut periisse velis quem visere nolueris, cum
debueris. hoc nolueris et debueris te
si minu' delectat, quod τεχνίον Isocratium est,
ληρῶδέςque simul totum ac συμμειρακιῶδες,
non operam perdo. si tu hic

nam tu solu' mihi in magno maerore,
tristitia in summa et crepera re, inventu' saluti's.

flebile cepe simul, lacrimosaeque ordine tallae,

---

150. Priscianus p. 893 "In do unum anomalum invenitur, edo es est. vetustissimi edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. ... Lucilius in IIII 'qui ... me'."

151. Priscianus p. 870 "Turgeo, tursi ... idem in IIII 'obtursi ebrius'."

152. Gellius XVIII, 8 "... in quinto saturarum Lucilius. nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter, 'quo me ... MANSI ... NON est ... *perisse* ... quod ATEXNON ET EISSOCRATIUM est OΧΛΗΡΩΔΕCque ... hic."

160. Nonius p. 13, 25 "Crepera res proprie dicitur dubia. ... Lucilius satyr. lib. V 'SANNUNT SOLIS mihi in magno *moerore* tristitia in SUMMO creperA inventus salutis'."

162. Nonius p. 201, 2 "Cepe generis neutri. Lucilius lib. V flebile ... TALPAE'."

---

150. In versu Lucilii et perfectum inest et praesens.
153. *mansti* et *nunc* olim correcta.
155. *τεχνίον Isocratium est Ληρῶδεςque* Scaliger.
162. *tallae* Scaliger. glossae Philoxeni *Talla, κρομμύον λέπυρον.*

intibu' praeterea pedibus perserpsit equinis.

adipatam
pultem

absterge lacrimas, et divos ture precemur,
consilium fassi. placeat, tu inpune luperis.

sicut cum primus ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucas.

lascivire pecus nasi rostrique repandum

---

163. Charisius p. 77 "Intiba neutro genere Virgilius dixit, 'et amaris intiba fibris', et sic multi eruditorum. sed et masculino genere frequenter a veteribus dictum est: nam Lucilius in quinto derident (impressi *deridens*) rusticam cenam enumeratis multis herbis 'intibus ... perserpsit equinis', et Aemilius Macer 'quale seges (fortasse *quales ve-get*) intubus herbas'." Nonius p. 209, 1 "Intiba generis neutri. Virg. georgicorum lib. IIII 'quoque modo potis gauderent intiba rivis'. masculini Lucilius satyrarum lib. V 'intibus ... *praetensus* equinis'."

164. Charisius p. 74 "Similiter et opus pistorium quod adipe conficitur, omni genere dici potest, et hic adipatus, quo intelligitur panis aut aliud aliquid, et haec adipata, hoc est pars *(puls)*, et hoc adipatum, opus scilicet. nam et Lucilius quinto adipatam dicit feminino genere, sed ubi iungit PLUTEN."

166. Interpres Vergilii Veronensis ad Aen. VIII, 106 [Tura dabant. Luci]*nius* 'absterge ... praecemur'." Nonius p. 133, 13 "Lupari ut *(est)* scortari vel prostitui. ... *licius* (supra scripto *li* Guelferbytanus, *Lucilius* Leidensis) lib. V 'et divos ... PLACENT TUNE inpune SUPERBIS'."

168. Nonius p. 154, 27 "Primiter pro prime, et primitus pro primo. ... Lucilius lib. V 'SICUTI cum *primos* ... *protuli item* pretio ingenti *ad* primitus PAUCOS'." Idem p. 281, 16 "Dare, petere *(vendere?)*. Lucilius lib. V 'SICUTI ... *pirotulit* et ... PAUCOS'."

170. Nonius p. 158, 33 "Pecus non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. ... Lucilius satyrarum lib. V 'lascivire pecus NISI NOSTRIQUE repandum'."

---

165. *pultem* editores Charisii.
167. *placeat* Iunius. *tu inpune luperis* Scaliger et alii.
170. *rostrique* Crinitus.

si tam corpu' loco validum ac regione maneret,
scriptoris quam vera manet sententia cordi.

lippus edenda acri assiduo cepariu' cepa

verum unum cecidisse tamen seni' Tiresiai
aequalem constat.

scutam
ligneolam in cerebro infixit

post quam praesidium castris educere crevit,

macte, inquam, virtute simulque his viribus esto.

possisne elabi, an porro prodenda dies sit.

---

171. Nonius p. 173, 17 "Sententia, sensibilitas. ... idem lib. v 'si ... SCRIPTORES quam ... cordi'."

173. Nonius p. 201, 9 "Cepe *(Cepa)* feminini Lucilius satyrarum lib. *V* 'lippus ... assiduo ceparius cepa *lacrimosa*'." Priscianus p. 681 "Hae cepae, harum ceparum. quamvis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. ... Lucilius in *VI* saturarum 'lippus ... *assidue* ... cepa'."

174. Nonius p. 235, 28 "Aequales rursum aequaevi. ... Lucilius satyrarum lib. v VETERUM unum cecidisse tamen SE SENEM TIRESIAM aequalem constat'."

176. Priscianus p. 618 "Scutum, vel scuta, id est forma rotunda, scutula et scutella. Lucilius in v 'scutam ... infixit'."

178. Nonius p. 261, 4 "Cernere rursum disponere. Lucilius satyrarum lib. v 'postquam ... DECREVIT (olim impressi *crevit*)'."

179. Nonius p. 341, 32 "Mactare est magis augere. ... Lucilius satyrarum lib. v 'macte ... *hic versibus* esto'." Servius ad Aeneidos IX, 641 "... et Lucilius lib. v 'macte ... his viribus esto'."

Publiu' Pavu' mihi [tubitanus] quaestor Hibera
in terra fuit, lucifugus, nebulo id genu' sane.

idne aegre est magis, an quod pane et viscere privo?
'quod viscus dederas tu, idem, hoc est viscera, largi.'

---

387. Charisius p. 60 "Caseus masculini generis est. ... et Lucilius in decimo quarto 'caseus alium ol ...' (sic Lindemannus: editio prima *caseus ala molliet*)."

388. Charisius p. 72 "Calx igitur, sive qua calcamus, sive qua aedificamus, feminini generis est, ut et Virgilius ait 'ferrata calce fatigat'. sed et Lucilius XIIII masculino genere dixit."

389. Charisius p. 82 "*Palumbes* Virgilius feminino genere dixit ... sed Lucilius XIV masculine 'macrosque *palumbos*'. Varro autem in Scauro *palumbi* dicit, quod consuetudo quoque usurpavit." Nonius p. 219, 6 "*Palumbi* feminino. Virg. in bucolicis ... palumbes. Lucilius lib. XIIII 'macrosque palumbes'."

390. Nonius p. 17, 24 "Gradarius est molli gradu et sine succussatura nitens. Lucilius saturarum lib. XIIII 'ipse ecus ... optimus VICTOR'."

391. Nonius p. 18, 32 "Nebulones et tenebriones ... Lucil. satyr. lib. XIIII 'Publius pavus mihi tubitanus (*turbitanus* Leidensis codex, *cubitanus* olim impressi) ... sane'."

393. Nonius p. 184, 17 "Viscus positum pro viscere (*viscera*). ... Lucilius satyrarum lib. XIIII 'idne AEGRI est ... dederas tu QUIDEM ... largi'." Idem p. 470, 24 "Largi pro largire. Lucilius lib. XIIII 'quod viscus ... tu QUIDEM ... largi'."

---

390. *vector* Iunius in margine.
391. Mercerus et Dousa *Tuditanus;* quod qui probabit debebit scribere *Publiu' Pavu' Tuditanus mihi.*

cenam, inquit, nullam neque divo prosciam ullam

dilectum video studiose vulgus habere.

quin potius vitam degat sedatu' quietam.
quanto antiquiu' quam facere hoc fecisse viderist!

cum illud conficiat, quod manducamur in ore.

quem metuas saepe, inter dum quem utare libenter.

nam paucis malle ac sapientibus esse probatum
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

ad regem legatu' Rhodum Ecbatana ac Babylonem
ibo, cercurum sumam,

punecto uno horai qui prope inursit.

---

395. Nonius p. 220, 20 "Prosecta, exta quae aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri. ... feminino Lucilius lib. XIIII 'cenam ... PROSECTAM ullam'. Varro ertipr diuinarum lib. XI 'prosiciem extorum vel immensam porrigere'."

396. Nonius p. 230, 18 "Vulgus neutro genere solum dici putant. Lucilius satyrarum lib. XIIII 'dilectum ..., habere'."

397. Nonius p. 426, 4 "Antiquior, melior. ... Lucilius lib. XIIII 'quin potius VITA (*vitam* olim impressi) ... QUANTU antiquius ... VIDEARIS'."

399. Nonius p. 477, 10 "Manducatur pro manducat. ... idem lib. XIIII 'cum illud QUID FACIAT ... ore'."

400. Nonius p. 481, 22 "Libertatem uti pro uti libertate. ... Lucilius satyrarum lib. XIIII 'quem ... libenter'."

401. Nonius p. 519, 9 "Veterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant. ... Lucilius satyrarum lib. XIIII 'NON paucis MALE (*malle* Leidensis) ACSIA sapientibus ... NEHYECCI HATAHOMENOICIN ANACCEIN'."

403. Nonius p. 533, 29 "*Cercyrus* navis est Asiana pergrandis. ... idem lib. XIIII 'ad ... *etbatanam* ... *cyrcerum* sumam (*summam* Guelferbytanus)'."

405. Donatus ad Terentii Phormionem I, 4 p. 447 "Tum temporis punctum mihi. Punctum pro momentum; ut Lucilius in decimo quarto 'puncto uno HORA ET qui QUOQUE INVASIT'."

398. *Quanto* Fr. Dousa.
400. Quem metuas saepe uti.
401. Correxerunt Dousa et alii.

naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare.
calceis delectes te, hilo non rectiu' vivas.

num vetus ille Catoni' lacessisse Apulus iram
consciu' non erat ipse sibi?

409ª si mihi non praetor siet additus atque agitet me:
non male sic ille ut dico me extenderat unus.

XV

terriculas Lamias, fauni quas Pompiliique
instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.
ut pueri infantes credunt signa omnia aëna
vivere et esse homines, sic isti somnia ficta
vera putant, credunt signis cor inesse in ahenis.
pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

---

406. Priscianus p. 687 "Hilum enim pro ullum vetustissimi proferebant. Lucilius in XIIII 'naumachiam ... putare ET CALCES ... vivas'."

408. Priscianus p. 902 "Lacesso lacessivi. sic Probus. et videtur mihi melius dicere: participium enim passivum lacessitus. Caper tamen lacessi dicit esse, ut facessi, et profert exemplum Lucilii, quo usus est XIIII, '*nam* (alii *nunc, num*) vetus ille CATO lacessisse APPELLARI QUOD conscius ... sibi'. sed potest lacessisse per syncopam esse prolatum vi syllabae, ut cupisse petisse dicimus pro cupivisse petivisse."

409ª. Macrobius Saturn. VI, 4 "Nam quod ait 'nec Teucris addita Iuno usquam aberit' id est adfixa et per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius in libro quarto decimo his versibus 'si mihi ... unus'." Servius ad Aeneidos VI, 90 'Addita Iuno': "inimica. est autem verbum Lucilii et antiquorum."

410. Lactantius instit. I, 22, 13 et in epitomes capite 22 "Nam Lucilius eorum stultitiam, qui simulacra deos putant esse, deridet his versibus." epitome "Ideo Lucilius, deridens ineptias istorum qui vanis superstitionibus serviunt, hos versus posuit." 'terriculas ... sic isti OMNIA ficta ... inesse in ahenis (*haenis* Taurinensis) ... veri nihil omnia ficta (*picta* Taurinensis).' Nonius p. 56, 6 "Infans a non fando dictus est. ... *curius* lib. XVIIII 'ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam'. et XV 'ut pueri infantes credunt signa omnia aëna vivere et esse homines'."

408. * Conf. comm. in Lucr. p. 206.

in numero quorum nunc primu' Trebelliu' multost
Luciu': nam sanat febris, senium, vomitum, pus.

vilicum Aristocratem, mediastrinum, atque bubulcum
commanducatus conrupit, ad incita adegit.

quae gallam bibere ac rugas conducere ventris
farre acceroso, oleris, decumano pane coëgit.

nemo est halicariu' posterior te.

hunc, milli passum qui vicerit atque duobus,
Campanus sonipes succussor nullu' sequetur
maiore in spatio, ac diversu' videbitur ire.

416. Nonius p. 2, 27 "Lucilius saturarum lib. XV 'in ... primus trebellius MULTOS TITOS LUCIOS NARCESIBAI febris ... PLUS(*pus* olim impressi)'."

418. Nonius p. 123, 26 "Incitas dicitur egestas. ... idem lib. XV 'vilicum *magistogratem* ... adegit'." Idem Nonius p. 143, 6 "Mediastrinos non balnearum, sed ministros et curatores aedium legimus. Lucilius lib. *XVII* 'vilicum ... bubulcum'." Idem p. 479, 3 "Conmanducatur. ... idem lib. XV 'vilicum ... *meiastrinum* ... conmanducatus *ut* corrupit ... adegit'."

420. Nonius p. 445, 18 "Accrosum namque panem ferre (*farre*) minus purgatio (*purgato*), nec sordibus (*sordido*) a candido separato, dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV (*XXV* apud Iunium) 'quae gallam *vivere* ... ventris ... OLEI decumano pane CUMANO coëgit'. tunc (*hunc*) Graeci *αὐτόπυρον* vocant." Paulus libro VII ex Festo p. 71 "Gallam bibere ac rugas conducere *ventri* cum ait Lucilius, praemonet parsimonia esse utendum neque gulae indulgendum ventremque coartandum."

422. Charisius p. 75 "Alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit, et sic multi dixerunt; nisi quod Lucilius decimo quinto 'nemo est HALICARIBUS posterior te' cum adspiratione dixit."

423. Gellius I, 16 et ex eo Macrobius Saturn. I, 5 de *mille* substantivo "Lucilius ... nam in libro quinto decimo ita dicit. 'hunc milli ... *succustior* (*subcursor* apud Macrobium) nullus sequetur maiore in (*in* abest Macrobio) spatio ... ire'." Nonius p. 16, 31 "Succussare est susum frequenter excutere. ... Lucilius satyr. lib. IIII ... idem lib. XV 'Campanus sonipes succussor nullus sequetur'."

420. Lucretius de hieme *tantus conduxerat omnia torpor*, apud Nonium p. 229, 2. *Far accrosum* de pulte intellegendum est. *oleris* dativo plurali Cato dixit.
422. *halicarius* editores Charisii.

iactari caput atque comas, fluitare capronas
altas frontibus immissas, ut mos fuit illis.

te primum cum istis insanum hominem et cerebrosum

trulleu' pro stomide huic ingens de naribu' pendet.

aut qui nummos tristis inuncat.

praeter quam in pretio primus semisse, secundus
nummo, tertiu' iam pluris quam totu' medimnus.

dum miles Hibera
terrast atque meret ter sex aetati' quasi annos,

ac de isto sacer ille tocoglyfos ac Syrofoenix
quid facere est solitus?

426. Nonius p. 22, 5 "Capronae dicuntur comae quae ante frontem sunt; quasi a capite pronae. Lucilius satyrarum lib. XV (*li. VII* olim impressi et Iunius) 'ACTARI ... comas (*comes* Guelferbytanus) FRUITARE ... immissas (sic olim impressi: *immissus* Guelferbytanus, *missas* Leidensis) ... illis'." Paulus libro III ex Festo p. 37 "Capronae, equorum iubae in frontem devexae, dictae quasi a capite pronae."

428. Nonius p. 22, 9 "Cerebrosi dicuntur ad insaniam faciles, quibus cerebrum moveatur. Lucilius satyrarum lib. XV 'te ... cerebrosum'."

429. Nonius p. 22, 27 "Postomis dicitur ferrum quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur, Graece, *ἀπὸ τοῦ στόματος*. Lucilius satyrarum lib. XV '*truleus* POSTOMIDE ... pendet'."

430. Nonius p. 124, 16 "Inuncare, quasi unco invadere et arripere. Lucilius lib. XV 'aut ... inuncat'."

431. Nonius p. 213, 18 "Medimnum generis neutri. masculini Lucilius satyrarum lib. XV 'praeter ... SEMINISSE (*seminis* Guelferbytanus: *semisse* impressi) ... PLURES (*pluris* impressi) ... medimnus'."

433. Nonius p. 344, 28 "Meret, militat. Lucilius satyrarum lib. XV 'dum ... TERRAS AC meret ter saex AETATE quasi annos'."

435. Nonius p. 397, 26 "Sacrum etiam scelestum et detestabile. ... Lucilius satyrarum lib. XV 'ac de ISTOS sacer ILLOTO COLFOS AX sirofenix ... solitus'."

426. *Aptari* olim impressi. '*iactari* cj. P. Jun.' sic Basileenses. Malim *capita*. *fluitare* Iunius.
429. *Trulleus pro stomide* Salmasius.
435. Correxit Rothius.

non ergastilus unus

tintinnabulum abest hinc surpiculique holerorum.

multa homines portenta in Homeri versibu' ficta
monstra putant. quorum in primis Polyfemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, et porro huic maiu' bacillum
quam malus navi in corbita maximus ulla.

scit poeeticon esse, videt tunica et toga quid sit.

paenula, si quaeris, cantheriu' servu' segestre
utiliora mihi sunt quam sapiens.

cum tecum est, quidvis satis est: visuri alieni

---

437. Nonius p. 447, 7 "Ergastilum et ergastilus ut genere ita intellectibus differunt: nam neutro carceris locus est, masculino custos poenalis loci. Lucilius lib. xv 'non ergastilus unus'. et alius 'iudicem *(indicem)* adposuit, ut nemo sententiam libere, quasi ergastilus, possit dicere'." ita haec distinxit Lipsius in electorum libro II, 15; qui recte dicit ergastulum esse ipsum servum, non custodem.

438. Nonius p. 490, 23 "Holerorum pro holerum Lucilius satyrarum lib. xv 'tintinnabulum ... holerorum'."

439. Nonius p. 533, 14 "Corbita est genus navigii tardum et grande. ... Lucilius satyrarum lib. xv 'multa ... VERSIFICATA (*versi ficta* Leidensis) ... *bacchillum* ... NAVIS in ... ulla'."

443. Nonius p. 536, 28 "Tunica est vestimentum sine manicis. ... idem lib. xv 'scit *poeticon* ... TUNICAM ... sit'."

444. Nonius p. 537, 9 "Paenula est vestis quam supra tunicam accipimus. ... Lucilius satyrarum lib. xv 'PAENULAM ... UTILIOR mihi QUAM sapiens'."

446. Nonius p. 538, 2 "Palla est honestae mulieris vestimentum,

---

438. Instrumentum, nisi fallor, gallorum. nam *τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων ἁγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης;* (Babr. 126, 8).
439. *versibu' ficta* Rothius.
442. *navi* Ianus Dousa.
443. Iunius *ποιητικόν* et *tunica.*
444. *Penula* Iunius.
445. Ianus Dousa *quam sapientia.*

sint homines, spiram pallas redimicula promit.

* subicit huic humilem et suffercitu' posteriorem.

XVI

media e pistrina

rex Cotus ille duo hos ventos, austrum atque aquilonem

---

hoc est tunicae pallium. ... Lucilius satyrarum lib. xv 'cum ... spiram pallas redimicula promit'."

448. Gellius IV, 17 "Item quinto decimo 'subicit ... posteriorem,' subicit u litera longa legunt."

XVI. Porphyrio ad Horatii carminum I, 22, 10 "Dum meam canto Lalagen: Id est carmen in Lalagen amicam, eius compositum nomine. sic et liber Lucilii decimus sextus Collyra inscribitur eo quod de Collyra amica sua scriptus sit." ita haec edidit Fr. Dousa in auctario edit. Cruquianae p. 689 b. Georgius Fabricius p. 42 sic, "Canto Lalagen. Compono scilicet librum Lalagen. ita *liber Sex. Decii* Collyra inscribitur eo quod de Collyra *amicus* scriptus sit. etiam nos sic plerumque loquimur."

Censorinus de die natali cap. 3 "non nulli binos genios in his duntaxat domibus quae essent maritae colendos putaverunt; Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit adpositum, quam rem apud Lucilium in libro satirarum XVI licet cognoscere."

449. Charisius p. 55 "Pistrinum neutro dicitur. sed Lucilius XVI feminine extulit, 'media e pistrina', ad tabernam referens, ut caupona dicitur. nam et Terentius deminutive pistrillam dixit." Varro de lingua Latina v p. 140 inter instrumenta rustica "Pilum, quod eo far pisunt; a quo ubi id fit dictum pistrinum. ... inde post in urbe Lucili pistrina et pistrix." Grammaticus de generibus nominum ab Hauptio editus p. 95 "Pistrinum generis neutri. sed *Varro* 'media *est* pistrina'."

450. Nonius p. 98, 19 "Demagis, valde magis. Lucilius libro XVI

---

447. Ianus Dousa *spiras, pallam.*
450. Non potuit Lucilius hanc praepositionem quae est *de* con-

novisse aiebat solos, quo de magis istos
ex nimbo austellos nec nosse nec esse putare.

'hoc aliud longe est' inquit qui cepe serebat.

Lysippi Iuppiter istac
transibit quadraginta cubita altu' Tarento.

hi quos divitiae producunt, et caput ungunt
horridulum

legavit quidam uxori mundum omne penumque.
quid mundum? quid non? nam quis diiudicet istuc?

---

rex cotus ille *duos* hos ... NOVISSIME aiebat (*alebat* Leidensis) solos DEmagis ... nec esse (*es* Leidensis) putare'." Paulus libro IV ex Festo p. 54 "Demagis pro minus (*nimis* viri docti) antiqui dicebant." Glossarium Philoxeni "Demagis, σφοδρῶς." Haec omnia ad hunc unum Lucilii versum pertinent.

453. Nonius p. 201, 4 "Cepe generis neutri. ... idem lib. XVI 'hoc ... serebat'."

454. Nonius p. 201, 17 "Cubitus masculini generis. neutri Lucilius satyrarum lib. XVI 'lysippi iuppiter ISTA *transivit* ... tarento'."

456. Nonius p. 422, 33 "Horridum plerumque exstans et prominens et *terenstum* (?). ... Lucilius satyrarum lib. XVI 'ETI (*etit* Leidensis) quos ... horridulum'."

458. Gellius IV, 1 "Mundum quoque muliebrem Lucilius in satirarum *sexto decimo* non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit his versibus. 'legavit ... omne (addit *atque* codex Schoppii) penumque ... quid non nam (*penum* pro *non nam* codex Schoppii) quis diiudicet (*qui dividet* idem) isthuc'." Nonius p. 214, 17 "Mundus mulieris (sic Basileenses) generis masculini. neutri Lucilius lib. *XVII* '*legat* uxori mundum omne penumque'."

---

iungere cum adverbio quod non significaret locum. iam quia syllabam excidisse apparet, puto scribendum esse *quo de magis*, quod Verrius Flaccus putaverit esse *quo magis*, cum deberet ita interpretari, qua de re magis ita sentire, neque nosse se eos neque putare omnino esse.

451. *novisse* Iunius.

456. *Hi quos* Iunius.

ibat forte aries, inquit, iam quod genu' quantis
testibu'! vix uno filo hosce haerere putares,
pellicula extrema ex aptum pendere onus ingens.

publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.

cur tam ignaviter hoc praesertim tempore quaeris?

fundi delectat virtus te, vilicu' paulo
strenuior si evaserit.

XVII

'si non it, capite' inquit 'eum, et si calvitur, endo
ferte manum.'

num censes καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον ullam

---

460. Nonius p. 235, 4 "Aptum rursum conexum et colligatum significat. ... idem libro XVI 'ibat ... filo HOC SE herere ... ingens'."

463. Nonius p. 513, 5 "Publicitus pro publice. ... idem lib. XVI 'publicitus VENDIT ... ligurris'."

464. Nonius p. 513, 13 "Ignaviter pro ignave. Lucilius satyrarum lib. XVI 'cur ... quaeris'." Priscianus p. 1010 "Lucilius ampliter, ignaviter."

465. Priscianus p. 601 "Vetustissimi tamen huiusce modi comparativis est quando sunt usi. ... Lucilius in XVI ad Fundium 'fundi ... villicus ... evaserit (*evaseris* pars librorum)'."

467. Nonius p. 7, 1 "Calvitur dictum est frustratur. ... Lucilius satyr. lib. XVII 'si non it, CAPITO, inquit, eum, et si calvitur, ERGO FUR DOMINUM.

469. Nonius p. 25, 31 "Compernes dicuntur longis pedibus. Lucil. satyr. lib. XVII (*XVI* Guelferbytanus) 'NUNC censes ... ILLAM non ...

---

461. *hosce* Gerlachius.

463. *vendis* Iunius.

467. Carrio secundum legem XII tabularum, *capito ... si calvitur, endo Ferto manum.* Porphyrio ad Horatii epist. II, 2, 93 "circum Spectemus. Una pars orationis est divisa in duos versus, Lucillii more antiquo."

469. *num* et *ullam* Scaliger.

non licitum esse uterum atque etiam inguina tangere mammis,
*Τυρὼ εὐπατέρει*am aliquam rem insignem habuisse,
verrucam, naevum, [dictum], dentem eminulum unum,
compernem aut varam fuisse Amphitryonis acoetin
Alcmenam, atque alias, Helenam ipsam denique — nolo
dicere: tute vide atque disyllabon elige quodvis.

si semissi' facis musas, si vendi' Lavernae.

cetera contemnit et in usura omnia ponit
non magna: proprium vero nil neminem habere.

nupturum te nupta negas, quod vivere Ulixen
speras.

* magna ossa lacertique
apparent hominis.

AQVAE etiam ... mammis COMPERNEM ... alias LENAM ... quodvis ΤΥΡΩ ΕΥΠΑΤΕΡΕΙΑΝ ... naevum (*nevum* Guelferbytanus, *neunum* Leidensis) dictum ... unum'." Idem p. 26, 11 "Vari dicuntur obtortis plantis. Lucilius satyrarum lib. XVII 'compernem ... acoetin'."

476. Nonius p. 134, 33 "Laverna, dea cui supplicant fures. ... Lucilius lib. XVII 'si MESSES facis ... lavernae'."

477. Nonius p. 362, 6 "Proprium rursum significat perpetuum. ... Lucilius satyrarum lib. XVII 'cetera ... *nihil* ... habere'."

479. Priscianus p. 864 "Lucilius in XVII (numerus incertus) ad Penelopam conversus ait 'nupturum ... speras'. in hoc quoque subaudiendum est esse, id est nupturum esse pro nuptum ire, *γαμηθήσεσθαι*."

481. Macrobius Saturn. VI, 1, 43 "Lucilius (aliquot exemplaria *Lucretius*) in septimo decimo 'magna .. HOMINI'."

---

470. *atque* Iunius.
471. *Tyro eupatereiam ... unum, Compernem* M. Hauptius in Philologo Schneidewini I p. 163.
474. *Helenam* Scaliger.
476. Ianus Dousa *semissis facient.*
482. *hominis* nescio quis. Conf. comm. in Lucr. p. 81.

XVIII

aeque fruniscor ego ac tu.

in re agenda
ipsa ridicule iactat quî adsederit.

milia dum centum frumenti tolli' medimnum,
vini mille cadum,

nam mel regionibus illis,
incrustatu' calix, rutai caulis habetur.

denique uti stulto nil sit satis, omnia cum sint.

XVIIII

rugosi passique senes eadem omnia quaerunt.

---

483. Nonius p. 113, 7 "Frunisci pro frui. Lucilius lib. XVIII 'aeque ... tu'."

484. Nonius p. 328, 7 "Iactare, ambitiosius gloriari. ... Lucilius lib. XVIII (olim impressi *XXVII*) 'in ... RIDICULA ID ATQUE ADSEDERET'."

486. Nonius p. 544, 11 "Cadi, vasa quibus vina conduntur. Lucilius lib. XVIII 'milia DUCENTUM ... *tolles* ... cadum'." Idem p. 495, 32 "Accusativus numeri singularis positus pro genitivo plurali. ... *tollis medimnum vini mille cadum'."

488. Acro, Porphyrio, commentator Cruquianus ad Horatii sermonum I, 3, 56 "Incrustari autem vas dicitur, cum aliquo vitioso suco illinitur atque inquinatur. secundum quod et Lucilius (*iuxta illud Lucilii* Cruq.) in XVIII satyrarum (*in decima octava satyra ait* Porph., *satyr. 18* Cruq.) 'nam *vel* (*mel* Cruq.) regionibus illis incrustatus (*incrustatur* Acro ceteris omissis) calix *rucia* (sic Cruq., *ruta* Porph.) caulis habetur (haec solus Porph.)'."

490. Nonius p. 445, 31 "Multum et satis eo distant ... et lib. XVIIII (sic Basileenses: *XVIII* Iunius et Mercerus) 'denique *ut* ... *nihil* ... sint'."

491. Nonius p. 12, 3 "Passum est proprie rugosum vel siccum. Plautus Sticho ... 'velo passo', id est laxo et rugoso. unde et uva passa dicta est, quod sit rugis implicata. Plautus ... 'pro uva passa pensili'. Lucilius satyr. lib. XVIIII (Iunius *li. IX*) 'rugosi ... quaerunt'."

---

485. Iunius *iactat quod adsederit.*
491. Stulte interpretatur Nonius.

ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam

peniculamento vere reprehendere noli.

sic singillatim nostrum unus quisque movetur.

sic tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim
quis uti possis ac delectare domi te.

'aurum vis hominemne? habeas hominem.' quid ad aurum?
quare, ut dicimu', non video hic quid magno opere optem.

sume diem qui est visu' tibi pulcherrimus unus.

"látere pendens, sáxa spargens tábo sanie et sánguine atro.

rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.

---

492. Nonius p. 56, 5 "Infans a non fando dictus est. ... *curius* lib. XVIIII 'ut ... honestam'." vide quae adscripsi libro XV, 410.

493. Nonius p. 149, 33 "*Peniculamentum* a veteribus pars vestis dicitur. ... Lucilius lib. XVIIII '*penulamento* vere ... noli'."

494. Nonius p. 176, 11 "Singulatim et singillatim a singulis. ... Lucilius lib. XVIIII 'sic ... movetur'."

495. Nonius p. 358, 2 "Olim temporis futuri. ... Lucilius satyrarum lib. XVIIII 'sic ... HAEC delectare domi NE (*te* Leidensis prima manu)'."

497. Nonius p. 358, 10 "Optare, eligere. Lucilius satyrarum lib. XVIIII 'aurum vis hominEM habeas ... optem'."

499. Nonius p. 396, 19 "Sumere etiam significat eligere. ... et lib. XVIIII 'sume ... unus'."

500. Nonius p. 405, 2 "Spargere, madefacere. Lucilius lib. XVIIII 'latere ... atro'." Ennii versum esse in Thyeste testatur Cicero in Tusculan. quaest. I, 44. Horatius de Lucilio serm. I, 10, 54 "Non ridet versus *Enni* gravitate minores, Cum de se loquitur non ut maiore reprensis?" ubi Porphyrio "Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in tertio libro et *nono et decimo*."

501. Priscianus p. 907 "Alia vero in si desinentia supra dictam

---

493. Hauptius *veteri*.
495. *ac delectare* Ianus Dousa. verum *olim* non est temporis futuri, sed indefiniti.
497. Iunius *hominemve*.

scalprorum forcipiumque
milia viginti

et uncis
forcipibus dentes evelleret

XX

* tempestate sua atque eodem uno tempore et horae
dimidio et tribu' confectis dumtaxat eandem
ad quartam.

nugator, cui dem, ac nebulo sit maximu' multo.

deblaterant [plennus] bonu' rusticu' concinit una.

illi praeciso atque epulis capiuntur opimis.

---

regulam servant, id est generalem in si desinentium, sensi sensum, rausi rausum. unde Lucilius in XIX 'rausuro ... oreste'."

502. Charisius p. 74 "Forfices et forcipes quidam distinguunt. ... sed inepta haec esse Lucilius docet, qui etiam medicorum forcipes dicit libro XIX, 'SCALPTORUM (an *salptorum?* ut dicit Lindemannus: *scalprorum* impressi) forcipiumque milia viginti', item paulo post 'EUNTIS ... VELLERET'."

506. Gellius III, 14 "Itaque Lucilius eadem secutus ... iam in vicesimo manifestius dimidiam horam dicere studiose fugit sed pro dimidia dimidium ponit in hisce versibus 'tempestate ... quartam'. nam cum obvium esset dicere 'dimidia et tribus confectis', vigilate atque attente verbum non probum vitavit."

509. Nonius p. 19, 2 "Nebulones et tenebriones. ... idem lib. XX nugator cuidem ... multo'."

510. Nonius p. 96, 10 "Deblaterare, obloqui, confingere. Lucilius lib. XX (impressi *XXX*) 'deblaterant plennus *(deblaterat plenus* impressi*)* ... una'."

511. Nonius p. 151, 3 "Praecisum et omasum, partes carnis et viscerum. ... Lucilius lib. XX 'illi *praecioso* (*praecioso* Leidensis) ... opimis'."

---

502. * Conf. comm. in Lucr. p. 51.
504. *et uncis* et *evelleret* Fr. Dousa.

nam disrumpetur medius iam, ut Marsu' colubras
disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.

Calpurni saevam legem Pisoni' reprendi,
eduxique animam in primoribu' partibu' naris.

proras despoliate et detondete guberna.

purpureo tersit tum latas gausape mensas.

XXII

servu' neque infidus domino neque inutili' cuiquam,
Lucili columella, hic situ', Metrophanes

---

512. Nonius p. 201, 21 "Colubra feminini. Lucilius satyrarum lib. XX 'IAM disrumpetur ... omnis'."
514. Nonius p. 427, 30 "Priores et primores hanc habent diversitatem. ... Lucilius satyrarum lib. XX 'calpurni SAEVA lege IN pisonis *reprehendi* ... in primoribus naris'."
516. Nonius p. 490, 31 "Guberna pro gubernacula Lucilius satyrarum lib. XX 'proras ... *detundite* guberna'." Marius Victorinus p. 2499 "Pari ratione in versu et apocope praecepta *(recepta)* est, id est subtractio syllabae syllabarumve cuiuslibet orationis, metro cogente facta; quae sive in verbo sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur; ut ... similiter 'proras *detondete et despoliate* guberna', id est gubernacula."
517. Priscianus p. 870 "Tergeo, tersi. ... Lucilius in XX 'purpureo tersit *tunc* ... mensas'."
518. Donatus ad Phormionem Terentii II, 1 p. 458 "Columen culmen. an columen columna? unde columella apud veteres dicti servi maiores domus. Lucil. XXII 'servus ... cuiquam (*quaquam* olim impressi) ... columella (*columellae* olim impressi) hic situ *(sic)* metrophanes (*hic situs,* omisso nomine, olim impressi)'." Martialis libro XI, 90 "Carmina nulla probas molli quae limite currunt, Sed quae per salebras altaque saxa cadunt, Et tibi Maeonio quod (scribendum *quoque*) carmine maius habetur Lucili (*Luceilei* Palatinus) columella, hic situs, Metrophanes."

---

514. Rectissime Iunius '*Calpurni saevam legem Pisonis reprendi, Eduxique* etc. est autem haec de pecuniis repetundis Cic. teste.'
519. * Conf. comm. in Lucr. p. 122.

insignis varis cruribus et petilis.

Zopyrion labeas caedit utrimque secus.

nasum rectiu' nunc homini est suraene pedesne?

XXIII

iucundasque puer qui lamberat ore placentas

XXVI

qua propter delero et cupidi officium fungor uberum.

munifici comesque amicis nostris videamur viri.

denique adeo male me accipiunt decimae et proveniunt male,

---

520. Nonius p. 149, 7 "Petilum, tenue et exile. Lucilius lib. *XII* 'insignis VARIIS CRUCIBUS et petilis'."
521. Nonius p. 210, 28 "Lavium neutri est generis ... labeae rursum feminini. ... Lucilius satyrarum lib. XXII 'zopyrion ... secus'."
522. Nonius p. 215, 5 "Nasus ... neutri ... idem lib. XXII 'nasum SERENE PED'."
523. Priscianus p. 884 "Lambo quoque lambi. Lucilius in XXIII (sic omnia quae M. Hertzius vidit exemplaria, nisi quod codex Sangallensis saeculi noni non habet *in XXIII*) 'iucundasque ... placentas'."
524. Nonius p. 18, 6 "Delerare est de recto decedere. ... Lucil. XXVI 'quapropter ... fungor RUBERUM'."
525. Nonius p. 23, 14 "Mones". id est *moenes* sive *munes.* et *munus* et *munificos* veteres non tam largos dixisse quam consentientes ad ea quae amici vellent. "Lucilius lib. XXVI 'munifici ... viri'."
526. Nonius p. 521, 1 "Proventum etiam malarum rerum dici veteres voluerunt. Lucilius lib. XXVI 'denique (sic Mercerus: *deinque* Iunius, *dein quae* Basileenses, *deindeque* olim impressi) ... male'."

---

520. *varis cruribus* Iunius.
522. Iunius *suraeve pedesve.*
524. Deliro, inquit, et similis sum puero lactenti.

publicanus vero ut Asiae fiam, ut scripturarius,
pro Lucilio, id ego nolo, et uno hoc non muto omnia.

[ad libertinus tricorius] Syrus ipse ad mastigias,
quicum versipellis fio et quicum conmuto omnia.

quandoquidem res periit magnis conbibonum ex copiis.

facile 'deridemur. scimus capital esse irascier.

at enim dixi, clandestino tibi quod commissum foret,
neu muttires quicquam neu mysteria ecferres foras.

quid nei tu idem inlitteratum me atque idiotam diceres?

si hic vestimenta eluvit luto,

527. Nonius p. 38, 4 "Scripturarios veteres quos nunc tabularios dicimus dici volunt. ... Lucilius lib. xxvi '*publicanum* vero ... *ut* scripturarius'." Idem p. 351, 7 "Mutare, aliud pro alio accipere. Lucilius lib. xxvi 'publicanus ... *fiam* scripturarius ... omnia'."

529. Nonius p. 38, 7 "Versipelles dicti sunt quolibet genere se commutantes. Lucilius lib. xxvi 'ad libertinus tricorius sirus ipse ad *masticias* ... omnia'."

531. Nonius p. 38, 12 "*Conviviones* conpotores a bibendo dicti. Lucilius lib. xxvi 'quandoquidem REPPERI ... *convivorum* ex copiis'."

532. Nonius p. 38, 16 "Capital dictum est capitis periculum. ... Lucilius lib. xxvi 'facile ... irascier'."

533. Nonius p. 38, 18 "Clandestino est abscondite. Lucilius lib. xxvi 'at enim DICIS ... neu *mittere quiquam* neu misteria ecferres (*ecferret* Leidensis) foras'." Idem p. 249, 4 "Committere, facere. ... idem lib. xxvi '*ad* enim DICIS ... *ne* muttires quicquam *nec* mysteria ecferres (*haec ferres* Leidensis et Genevensis) foras'."

535. Nonius p. 38, 23 "Idiotas a Graeco tractum, inutiles, quasi sibi tantum non plurimis (*pluribus*) utiles. Lucilius lib. xxvi 'quid ni ET tu ... diceres'."

536. Nonius p. 103, 29 "Elevit, maculavit. Lucilius lib. *VI* 'si hic ... ELEVIT ... magnum AC cachinnum ... subicit'. *Eleviem,* purgationem. Lucilius lib. xxvi 'ut eleviem facere per ventum velis'."

531. *combibonum* Iunius.
533. *dixi* Fr. Dousa.
536. Libro xxvi adscribenda haec Scaliger vidit. *Elinere vestimenta* non potest esse maculare. *eluere* est purgare.

ab eo risum magnum agit, cachinnum inprudens subicit.

ut si eluviem facere per ventrem velis,
cura ne omnibus distento corpore expiret viis.

"ardúm miserrimum atque infelix lignum: sambucum vocant.

"di mónerint meliora atque amentiam averruncassint tuam.

ut ego effugiam quod te in primis cupere apisci intellego.

et quod tibi magno opere cordi est, mihi vementer displicet.

tibi porro istaec res idcirco est cordi, quod rere utilem.

summis nitere opibus, at ego contra ut dissimilis siem.

538. Nonius p. 38, 28 "Expirare ... idem xxvi 'ut si eluviem ... CURARE omnibus ... expiret VIS'." Idem p. 103, 32 "*Eleviem,* purgationem. Lucilius lib. xxvi '*ut eleviem* facere per *ventum* velis'."

540. Nonius p. 74, 20 "Ardum pro aridum. Lucilius lib. xxvi (*XXVII* Leidensis) 'ardum ... SIGNUM *sabucum* VOCAT'."

541. Nonius p. 74, 23 "Aberruncare, avertere. Lucilius lib. xxvi 'di MINUERINT meliora AMENTIAM *aberruncassint* tuam'. Pacuvius Medo 'possum ego istam capite cladem averruncassere'. M. Tullius de finibus bonorum et malorum (hoc falsum) 'di maluerunt meliora atque amentiam aberruncassint meam'."

542. Nonius p. 74, 29 "Apisci, adipisci. Lucilius lib. xxvi 'ut ego effugiam (*effutiam* Leidensis) quod (addit *ego* Guelferbytanus) te ... intellego'."

543. 544. Nonius p. 88, 32 "Cordi est, honeste dictum, animo sedet. Lucilius lib. xxvi 'et ... *vehementer* displicet'. idemque 'SI tibi ... quod RE utilem'."

545. Nonius p. 353, 11 "Niti, fultum esse. Lucilius lib. xxvi 'SUMMI (*summis* Iunius et Mercerus) *nitinere* (sic Guelferbytanus: *nitire* Leidensis) opibus ... siem'."

539. *viis* Fr. Dousa.
540. *infelix lignum* et *vocant* olim impressi.
541. *Di monerint* Pacuvii versus apud Varronem de lingua Latina VII p. 81, 22 et apud Paulum libro XIX ex Festo p. 160 Lind., et quidem in Chryse, ut testatur Nonius p. 507, 26.
544. *quod rere* Iunius.

ita uti quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.

cribrum, incerniculum, lucernam in lanam, in telam licium.

"ego enim contemnificus fieri et fastidire Agamemnonis

"domum itionis cupidi imperium regis paene inminuimus.

"nec minimo ei properatur pax: Cassandram signo deripit.

"solus illam vim de classe prohibuit Vulcaniam.

depoclassere aliqua sperans me ac deargentassere,
decalauticare, eburno speculo despeculassere.

pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore.

lucorum exactorem Albanum et fulguritarum arborum.

---

546. Nonius p. 78, 13 "Bulga est folliculus omnis. ... Lucilius lib. XXVI 'ita *ut* ... editus'."

547. Nonius p. 88, 26 "Cribrum. Lucilius lib. XXVI 'cribrum ... in LATEREM in telam licium'."

548. Nonius p. 88, 28 "Contemnificum. Lucilius lib. XXVI 'ego ... agamemnonis'."

549. Nonius p. 96, 3 "Domutionem ... Lucilius lib. XXVI '*domutionis* ... pene inminuimus'."

550. Nonius p. 158, 11 "Prosferari (*proferrari* Guelferbytanus prima manu), inpetrari. Lucilius lib. XXVI 'nec minimo ET PROSFERATUR pax QUOD cassandram signo DERIPUIT'."

551. Nonius p. 528, 9 "De pro ab. Lucilius lib. XXVI 'solus IAM vim DECLARASSE prohibuit vulcaniam'."

552. Nonius p. 97, 7 "Depoculassere ac deargentassere et decalauticare. Lucilius lib. XXVI '*depoculassere* (*depeculassere* Leidensis) ... speculo DEPECULASSERE'."

554. Nonius p. 97, 11 "Difflare est flatu disturbare. ... Lucilius lib. XXVI 'pars ... frigore'."

555. Nonius p. 110, 18 "Fulgurivit, fulgorem fecit vel fulmine afflavit. ... Lucilius lib. XXVI 'LUPORUM EXAUCTOREM MALVANUM et FULGURITATEM arborum'."

---

551. *de classe* Aldus.
552. *Depoclassere* et *despeculassere* Ludov. Ferd. Schmidtius ad Lucilii librum IX p. 12.
555. *exactorem* et *fulguritarum* Lipsius et alii.

ego si, qui sum et quo folliculo nunc sum indutus, non queo,

vestimentis frigus atque horrorem exacturum putet,
curet aegrotum, sumtum homini praebeat, genium suum
defrudet, ali parcat.

hic cruciatur fame,
frigore, inluvie, inbalnitie, inperfunditie, incuria.

squalitate summa ac scabie, summa in erumna, obrutam,
neque inimicis invidiosam, neque amico exoptabilem.

mordicus petere aurum e flamma expediat, e caeno cibum.

nunc his ignobilitas mirum ac monstrificabile.

rediise ac repedasse, ut Romam vitet, gladiatoribus,
idemque hanc tum ego a Metello Romam repetam munere.

---

556. Nonius p. 110, 26 "Folliculum Lucilius posuit pro corpore, lib. XXVI, 'ego ... queo'."

557. Nonius p. 291, 7 "Exigere est excludere. ... Lucilius lib. XXVI 'vestimentis ... putet'."
Idem p. 117, 31 "Genium, parsimoniam. ... Lucilius lib. XXVI 'curet ... parcat'."

560. Nonius p. 125, 34 "Inluvies, sordes. ... Lucilius lib. XXVI 'hic ... *invalnitie* INPERFUNDIE incuria'."

562. Nonius p. 126, 4 "Invidiosum, quod sit vitabile ad videndum. Lucilius lib. XXVI '*sculitate* ... summa in *re summa* ... exoptabilem'." Idem p. 226, 6 "Squalor masculini est generis. feminini ... (sine nomine auctoris) 'squalitate summ*a* scabie ... *obruta*'." Idem p. 401, 29 'Summum, extremum. ... Lucilius lib. XXVI '*isculitate* summ*a* scabie ... obrutam'."

564. Nonius p. 138, 21 "Mordicus lib. XXVI Lucilius (*Lucilius lib. XXVII* impressi) 'mordicus ... *et* flamma ... *coeno* cibum'."

565. Nonius p. 138, 25 "*Monstrificabile.* Lucilius lib. XXVI 'nunc ignobilitas HIS mirum ac *mortificabile*'."

566. Nonius p. 165, 13 "Repedare. Lucilius lib. XXVI '*redisse* ac ... *roma* (*romam* Leidensis) ... gladiatoribus. idemque SANCTUM ego a metello romam REPEDABAM munere'."

[563. *amicis optabilem* Hauptii apographon.]

ut Romanus populus victus vi et superatus proeliis
saepe est multis, bello vero numquam, in quo sunt omnia.

contra flagitium [nescire] bello vinci a barbaro,
Viriato, Annibale.

pererepa pugnam Popilli, facta Corneli cane.

non idcirco extollitur nec vitae vegrandi datur.

quam fastidiosum ac vescum vivere

nisi portenta anguisque volucris ac pinnatos scribitis.

paucorum, atque hoc pacto si nil gustat internundino,

---

568. Nonius p. 437, 17 "Bellum et proelium hoc differunt quod proelia partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. Lucilius lib. XXVI 'ut ... omnia'." Idem p. 420, 27 "Vis est celer impetus. Lucilius lib. XXVI 'romanus populus victus *vel* superatus praeliis'."

570. Nonius p. 186, 30 "Viriatum dictum est magnarum virium. Lucilius lib. XXVI 'contra flagitium nescire ... annibale'."

572. Nonius p. 255, 14 "Crepare est sonare. ... Lucilius lib. XXVI 'pererepa pugnam POMPILI ... cane'."

573. Nonius p. 183, 30 "Vegrande, valde grande. Lucilius lib. XXVI 'non ... datur'." Idem p. 297, 31 "Ecferre, edere, provehere. ... Lucilius lib. XXVI 'non ... extollitur *velite vel* grandi datur'."

574. Nonius p. 186, 32 "Vescum, minutum, obscurum. Lucilius lib. XXVI 'quam ... vescum *cum fastidio* vivere'." Gellius Sulpicio Apollinare auctore XVI, 5 "Aliter enim Lucretius vescum salem dicit ex edendi intentione, aliter Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio."

575. Nonius p. 191, 19 "Angues masculino genere dici ... Lucilius lib. XXVI 'nisi ... scribitis'." Idem p. 436, 7 "Portenta, ostenta quae aliquid inminere significant. Lucilius lib. XXVI 'nisi ... *volucres* ... scribitis'."

576. Nonius p. 214, 27 "Nundinae generis sunt feminini. ... masculini. Lucilius lib. XXVI 'paucorum ... *nihil* ... inter nundino'."

---

570. Viriathum Lusitanum Nonius non noverat. fortasse scribendum est *Contra flagitium nostrae re.*

572. Pugnam M. Popillii Laenatis, qua victus est a Numantinis anno ab urbe condita 616, bellum ab Africano confectum anno 621.

aggere in iaciundo, si quo est vineis actis opus,
primum id dant operam ut quam primum appellant

principio physici omnes constare hominem ex anima et corpore
dicunt.

animo qui aegrotat, videmus corpore hunc signum dare.

quare hoc colere est satius quam illam studium omne hic consumere.

tum doloribus confectum corpus animo obsistere.

idcirco omnes evasuros censent aegritudinem,

malis necesse est, lautum e mensa pure capturus cibum:

rauco contionem sonitu et curvis cogant cornibus.

---

577. Nonius p. 238, 25 "Appellare (sic) est applicare. ... Lucilius lib. XXVI '*agere* in ... est *in* vineis ... appellant'." Idem p. 243, 30 "Actum, admotum. ... Lucilius lib. XXVI '*agere* in *iaciendo* si *quos tu vinis* actis *opost*'." Idem p. 327, 25 "Iacit, facit. Lucilius lib. XXVI '*agere* in *iaciendo* ... opus'."

579. Nonius p. 272, 33 "Constat, compositum est. Lucilius lib. XXVI 'principio fisici ... dicunt'."

581. Nonius p. 281, 14 "Dare, ostendere. Lucilius lib. XXVI 'animoQUE ... VIDIMUS ... dare'."

582. Nonius p. 250, 19 "Colere, diligere. ... Lucilius lib. XXVI 'quare ... ILLA ... hic consumere'."

583. Nonius p. 268, 29 "Confectum, defessum. ... Lucilius lib. XXVI 'tum ... obsistere'."

584. Nonius p. 294, 7 "*Evadere* est liberari. ... Lucilius lib. XXVI 'idcirco omnes *cursuros* censent aegritudinem'."

585. Nonius p. 254, 6 "Capere, accipere. ... Lucilius lib. XXVI 'malis *necesse lutum* ... *purae* ... cibum'." Idem p. 337, 10 "Lautum, mundum. Lucilius lib. XXVI 'malis ... cibum'."

586. Nonius p. 265, 3 "Cogere, in unum colligere. ... Lucilius lib. XXVI 'rauco ... cornibus'."

---

581. Olim correctum.

582. *illam* Iunius et Mercerus. animam dicit et corpus.

nonne multitudinem
tuorum, quam in album indidit iam dextra, conficies tibi?

lignum caedat, pensum faciat, aedis verrat, vapulet.

trado ego aliis nummo porro, quod mihi constat carius.

qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.

illo oculi deducunt ipsi atque animum spes illuc rapit.

evadat saltem aliquid aliqua, quod conatu' sum.

depugnabunt pro te ipsi et morientur ac se ultro efferent.

ego ubi quem ex praecordiis
ecfero versum,

---

587. Nonius p. 269, 7 "Conficere, colligere. ... Lucilius lib. XXVI 'non TE ... indidit A *dextera* CONFICIS IBI'."

589. Nonius p. 271, 29 "Cedere, excidere. ... Lucilius lib. XXVI 'lignum cedat ... vapulet'." Idem p. 420, 8 "Verrere, mundare. ... Lucilius lib. *XXVIII* 'lignum caedat aedis verrat *ac* vapulet'."

590. Nonius p. 272, 23 "Constat, valet, consistit. Lucilius lib. XXVI 'trado ERGO ALIAS ... carius'."

591. Nonius p. 526, 12 "Quotiens per accusativum casum annos vel dies loquimur, iuges annos vel dies significamus. ... Lucilius lib. XXVI 'qui ... septimum'." Apud eundem in Duci p. 283, 25, ubi aliquot versus perierunt, "*orpo* spondent septimum."

592. Nonius p. 289, 12 "Deductum, delectatione ductum. ... Lucilius lib. XXVI 'ILLOC oculi ... rapit'."

593. Nonius p. 293, 3 "Evadere, exire, tendere. ... Lucilius lib. XXVI 'evadat ... sum'."

594. Nonius p. 297, 12 "Efferre, subdere. Lucilius lib. XXVI 'depugnabunt ... efferent'."

595. Nonius p. 297, 17 "Efferre significat proferre. ... Lucilius lib. XXVI 'ego ... versum'."

---

590. Correxit Fr. Dousa. sed malim *mihi quod constat.*
592. *Illo* Iunius.
594. *Efferre* ad elationem mortuorum pertinet; nisi Nonium error librarii fefellit.

coniugem infidam atque pathicam familiam, impuram domum.

veterem historiam inductus studio scribis ad amores tuos.

mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos.

doctior quam ceteri,
siqua mittis, mutes aliquo tum sacra face a via.

siquod verbum inusitatum aut zetematium offenderam,

homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque erumnam offerunt,
ducunt uxores, producunt, quibus haec faciant, liberos.

ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit.
si secubitet, sic quoque a me quae roget non impetret.

---

597. Nonius p. 324, 12 "Impurus est aliquo vitio maculatus. ... Lucilius lib. XXVI 'coniugem infidamQUE FLATICAM familiam impuram (*impura* Basileenses soli) domum'."

598. Nonius p. 330, 13 "Induci, delectari. Lucilius lib. XXVI 'veterem ... tuos'."

599. Nonius p. 351, 2 "Mutare, derelinquere. *Virg.* lib. XXVI 'mihi ... PUBLICES (sic Basileensis editio: olim impressi et Mercerus *publice,* Iunius *publice ut:* Genevensis codex *pulices*) mutem meos'."

600. Nonius p. 351, 4 Mutare, transferre. Lucilius lib. XXVI 'doctior quam ceteris IS ASA mittis mutes aliquo TECUM sacra FACTA VITIA'."

602. Nonius p. 359, 12 "Offendere, invenire. ... Lucilius lib. XXVI 'siquod VERUM ... offenderam'."

603. Nonius p. 360, 21 "Offerre, invenire. Lucilius lib. XXVI 'homines ... uxores'." Idem p. 373, 2 "Producere, instituere. Terentius in Adelfis 'seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus'. Lucilius lib. XXVI 'ducunt ... liberos'."

605. Nonius p. 382, 31 "Rogare, poscere. Lucilius lib. XXVI 'ferri ... SI quoque ... impetret'." Idem p. 366, 21 "Petere significat poscere. ... Lucilius lib. XXVI 'ferri ... petit'."

---

597. Correxit Böckhius.
601. Ovidius in arte II, 265 *Rure suburbano poteris tibi dicere nata, Illa vel in sacra sint licet empta via.* similiter dicitur in Priapeo 21 *Quaeque tibi posui tamquam vernacula poma, De sacra nulli dixeris esse via.*
602. *verbum* Fr. Dousa.
606. *sic quoque* Fruterius.

sin autem hoc vident, bona semper petere sapientem putant.
porro amici est bene praecipere, Tusci bene praedicere.
quod is intellegebat, posse haud paucos rettuli.
quodque te in tranquillum ex saevis transfert tempestatibus.
cum stadio in gymnasio, in [duplici] corpus siccassem pila,
hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.
neque prius quam venas hominis tetigit ac praecordia,
tuam probatam mi et spectatam maxume adulescentiam
quid cavendum tibi censerem, quid vitandum maxume.

---

607. Nonius p. 367, 10 "Petere, cupere, appetere. ... Lucilius lib. XXVI 'sin ... ET putant'."

608. Nonius p. 372, 6 "Praecipere est iubere vel monere. ... Lucilius lib. XXVI 'porro ... TUERI bene PRAEDICARE'."

609. Nonius p. 381, 23 "Referre significat perferre (*proferre*), indicare. ... Lucilius lib. XXVI 'quod is INTELLEGEBAR (*intellegebat* Iunius et Mercerus) ... retuli'."

610. Nonius p. 388, 16 "Saevum dicitur immite. ... idem lib. XXVI 'quodque te in *te in* tranquillum ... TRANSFER tempestatibus'."

611. Nonius p. 394, 28 "Siccum, exercitum. Lucilius lib. XXVI 'cum ... in duplici ... PILAS (sic Basileenses: *pila* Iunius et Mercerus)'."

612. Nonius p. 396, 9 "Sumere, suscipere. Lucilius lib. XXVI 'hunc ... ferat'."

613. Nonius p. 408, 24 "Tangere, inspicere. Lucilius lib. XXVI 'NEQUAM (sic Basileenses et olim impressi: *neque* Iunius et Mercerus) prius ... praecordia'."

614. Nonius p. 437, 13 "Probatum et spectatum * vis maioris est. Lucilius lib. XXVI 'tuam ... mihi et ... adulescentiam'."

615. Nonius p. 437, 22 "Inter cavere et vitare Lucilius esse distantiam voluit, lib. XXVI, et esse plus vitare. 'quid ... CENSERE ... maxume'."

---

607. *et* delevit Iunius.
608. Correxit Mercerus.
610. *transfert* Ianus Dousa, *transfers* Fr. Dousa et Mercerus.

haec tu si voles per auris pectus inrigarier,
praetepido glutinator glutino.
si miserantur se ipsi, vide ne illorum causa superior
e loco se conlocarit.
suspendatne se anne in gladium incumbat, ne caelum ruat.

XXVII

modo sursum, modo deorsum, tamquam collus cernui.
nulli me invidere, non strabonem fieri saepius
deliciis me istorum,

---

616. Nonius p. 497, 30 "Accusativus vel nominativus pro ablativo. ... Lucilius satyrarum (sic sola Basileensis editio: Iunius et Mercerus omittunt) lib. XXVI 'haec tu ... inrigarier'."

617. Nonius p. 491, 29 "*Glutino* pro glutine. Lucilius lib. XXVI 'PRAETERITO tepido glutinator glutin*or*'."

618. Nonius p. 499, 18 "Dativus pro accusativo. ... Lucilius lib. XXVI 'si ... *superiore* loco CONLOCAVIT'."

620. Nonius p. 502, 8 "Accusativus pro dativo. Lucilius lib. XXVI 'suspendatne se AN in ... caelum VIVAT'."

621. Nonius p. 21, 4 "Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat. ... Lucilius saturarum lib. XXVII 'modo ... *colus* cernui'." Idem p. 200, 18 "Collum neutri est generis. ... collus masculino ... idem lib. XXVII 'modo ... collus *cernis*'."

622. Nonius p. 27, 6 "Strabones sunt strambi (*strabi*), quos nunc dicimus. ... Lucilius lib. XXVII 'nulli ... istorum'."

---

618. Nonium non intellego, nisi putavit *ipsi* esse dativum.
621. De *cernuo* imperite Nonius, ut solet. Servius ad Aeneidos x p. 617 '*Cernuus dicitur equus qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens quam* (l. *qua*) *cernimus: unde et pueros quos in ludis videmus ea parte qua cernunt stantes, cernui vocantur; ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.*' glossarium Philoxeni '*Cernuit, πεπεταύρισται. Cernulat, κυβιστιᾷ. Cernuli, πεταυρισταί.* Cernulus, *πεταυριστής.*' * De producta *o* in *modo* conf. comm. in Lucr. p. 141.

ille contra omne inter plures, sensim et pedetemtim foris,
nequem laedat.

paulo hoc melius quam mediocre, hoc minu' malum quamst
pessumum.

insanum vocant quem maltam ac feminam dici vident.

quae pietas! monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

facit idem quod illi qui inscriptum e portu exportant clanculum,
ne portorium dent.

rem populi salute et fictis versibus Lucilius,
quibu' potest, impertit, totumque hoc studiose et sedulo.

sospita, inperti salute plurima et plenissima.

---

624. Nonius p. 29, 6 "Pedetemptim et pedepressim dictum est caute, quasi lenta et tarda itione. ... Lucilius lib. XXVII 'ille contra OMNIA ... laedat'."

626. Nonius p. 29, 28 "Mediocritas medium ... Lucil. lib. XXVII 'paulo ... quam UT OPESSUMMUM'."

627. Nonius p. 37, 8 "Maltas veteres molles appellari voluerunt, a Graeco, quasi malacus. Lucilius lib. XXVII 'insanum ... VIDET'."

628. Nonius p. 37, 15 "Monogrammi ... (cetera adscripsi libro II v. 51) et vicesimo VII 'quae ... vocant'."

629. Nonius p. 37, 18 "Portorium dicitur merces quae portitoribus datur. Lucilius lib. XXVII 'facit ... portorium (*portitorium* Leidensis) dent'."

631. Nonius p. 308, 24 "Fingere, componere. ... Lucilius lib. XXVII 'ITEM populi salute et ... impertit'." Idem p. 37, 22 "Impertire est participare et partem dare. Lucilius lib. XXVII 'quibus potest inpertit'."
Idem p. 37, 28* "Sedulum significat sine dolo. Lucilius lib. XXVII 'salutem fictis (*factis* Leidensis) versibus lucl' (*lucilius* Leidensis) quibus ... sedulo'."

633. Nonius p. 472, 15 "Inper*tit*. Lucilius lib. XXVII 'SOSPITAT INPERTIT SALUTEM ... plenissima'."

---

624. *contra omne* dixit alibi Lucilius.
626. Olim impressi *quam ut pessimum*.
627. *vident* Dousa.
633. * Conf. comm. in Lucr. p. 116.

viginti domi an triginta an centum cibicidas alas.

tu Lucilium
credis contenturum, cum me ruperim, summa omnia
fecerim?

quanti vellet [quam] canicas [apud te et magonis] manu

et si maxime, quod spero, mutuum hoc mecum facis.

nunc ubi Graeci? ubi nunc Socratici charti? quidquid quaeritis,
periimus.

potius quam non magno messo non proba vindemia

pacem cum peto, cum placo, cum adeo, et cum appello meam,

---

634. Nonius p. 88, 7 in C littera '*Tibicidas*. Lucilius lib. XXVII 'viginti domi an triginta VEL centum *tibicidas* alas'."

635. Nonius p. 88, 9 "Contenturum. Lucilius lib. XXVII 'tu ... me RUPERINT ... fecerim'." Idem p. 382, 22 "Rumpere, defetigare. ... idem lib. XXVII '*contentum* cum me RUPERINT ... fecerim'."

638. Nonius p. 88, 17 "Canicas veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII 'quanti vellet (*vellent* olim impressi) quam canicas apud te (*a pulte* Leidensis) et magonis (*maconis* Leidensis, *mangonis* olim impressi) manu'." Paulus libro III ex Festo p. 35 "Canicae furfures de farre a cibo canum vocatae."

639. Nonius p. 138, 18 "Mutuum pro mutuo. Lucilius lib. XXVII 'et ... facis'."

640. Nonius p. 196, 18 "Chartam generis feminini. masculini Lucilius lib. XXVII, 'NEC SIC ubi graeci ... *perimus*'."

642. Nonius p. 213, 32 "Messem generis feminini. masculino (immo *neutro*) Lucilius lib. XXVII 'potius quam non MAGNÚ MESSE non proba VINDEMEDIA (*vindemia* impressi)'."

643. Nonius p. 237, 28 "Aditus, interpellatio. ... Lucilius lib. XXVII 'CUM PACEM ... meam'."

---

634. *cibicidas* Iunius. Fr. Dousa adfert Philoxeni glossam, *civicida*, σκατοφάγος (σιτοφάγος).
636. *ruperim* Iunius.

cum mei me adeunt servuli, non dominam ego appellem meam?
at metuis porro ne aspectu et forma capiare altera.
id concedere unum atque in eo dare, quo superatur, manus.
certa sunt, sine detrimento, quae inter sese commodent.
quod si paulisper captare atque observare haec volueris,
rem cognoscas simul et dictis animum attendas postulo.
tamen aut verruca aut cicatrix medio papulae differunt.
re in secunda tollere animos, in mala demittere.
ego animam
proiciam, ut me amore expediam?

644. Nonius p. 238, 21 "Appellare est familiariter respondere. Lucilius lib. xxvii 'cum mei . . . meam'."
645. Nonius p. 253, 23 "Capere, decipere, circumvenire. . . . Lucilius lib. xxvii 'at . . . altera'."
646. Nonius p. 270, 2 "Concedere, credere vel consentire. . . . Lucilius lib. xxvii 'IN concedere . . . manus'."
647. Nonius p. 275, 12 "Commodare est mutuari. Lucilius lib. xxvii 'certa . . . commodent'."
648. Nonius p. 275, 19 "Captare, capere. Lucilius lib. xxvii 'quod si . . . volueris'."
649. Nonius p. 238, 12 "Attendere est intendere. . . . idem lib. xxvii (olim impressi *xxvi*, non Iunius, non Mercerus) 'rem . . . *postula*'."
Idem p. 275, 21 "Cognoscere est audire, aestimare. Lucilius lib. *xxvi* 'rem *cognoscat* . . . adtendas postulo'."
650. Nonius p. 284, 30 "Differre, distare. . . . Lucilius lib. xxvii 'tamen ALITI verruca . . . MEDIUS papule differunt'."
651. Nonius p. 286, 6 "Dimissum, humile, miserandum, abiectum. . . . Lucilius lib. xxvii 're in . . . animos ET in mala *dimittere*'."
652. Nonius p. 296, 24 "Expedire, utile esse. . . . Lucilius lib. xxvii 'ego ENIM AN PER EICIAM ut me AMARE expediam'."

650. Mercerus *Tamen aut verruca aut cicatrix, naevus, papulae differunt.* sed *medium papulae* Celsus dixit.
652. Nonius loco alieno posuisse videtur: interpretatus est enim

primum qua virtute servitute excluserit
metuo ut fieri possit, ego quo ab Archilocho excido.
ceterum, quid sit, quid non sit, ferto aequo animo ac fortiter.
nullo honore, taedis, fletu, nullo funere,
aut quod animum induxit semel et utile omnino putat,
cocu' non curat caudam insignem esse illam, dum pinguis siet.
sic amici quaerunt animum, rem parasiti ac ditias.
nam huic reditum quidem
talem portendebant, neque alia in mare ulla offendere.
quod si observas hominem, qui pro commodo et regno audeat

654. Nonius p. 301, 14 "Excludere, liberare. Lucilius lib. xxvii 'primum . . . servitute (*servitutem* omnes ante Basileensem editionem) excluserit'."
655. Nonius p. 301, 16 "Excidere, dissentire. Lucilius lib. xxvii 'metuo . . . ERGO (*ego* Genevensis et olim impressi) quo (*vivo* Genevensis) ab *arciloco* excido'."
656. Nonius p. 302, 23 "Ferre, pati. . . . Lucilius lib. xxvii 'ceterum QUICQUID sit . . . FERO . . . fortiter'."
657. Nonius p. 320, 27 "Honor, sepultura. . . . Lucilius lib. *xxvii* (sic Basileensis editio, Mercerus *xxviii*) 'nullo honore DISPLETU nullo funere'."
658. Nonius p. 330, 11 "Inducere, instituere, confirmare. Lucilius lib. xxvii 'aut . . . et UT ILLE omnino putat'."
659. Nonius p. 331, 9 "Insigne, utile, necessarium. Lucilius lib. xxvii 'cocus . . . sic amici ANIMUM QUAERUNT rem parasiti ac *divitias* AUT'."
661. Nonius p. 358, 32 "Offendere, laedere. . . . Lucilius lib. xxvii 'nam HIC QUIDEM reditum talem . . . offendere'."
663. Nonius p. 360, 10 "Observare, captare. . . . Lucilius lib. xxvii 'quod si . . . GAUDEAT'."

quasi scriptum esset *ut mi amare expediat*. * Conf. comm. in Lucr. p. 188.
658. *utile* Mercerus.
660. *aut* omissum in olim impressis.
663. *audeat* Iunius.

cum sciam nil esse in vita proprium mortali datum,
iam, qua tempestate vivo, chresin ad me recipio.

nec si paulo minus usurast magna adiutatus diu,

rerum exploratorem mittam, miserum mendicum petam.

fuimus pernices, aeternum id vobis sperantes fore.

parcat illis magi' qui post sint, cui fidem esse existimem.

proferam ego iam, vester ordo scelera quae in se admiserit.

si non, tamen ad te hoc redibit, tu hoc carebis commodo.

quam non solum devorare se omnia ac deverrere,

---

664. Nonius p. 362, 14 "Proprium rursum significat perpetuum. ... Lucilius lib. XXVII 'cum sciam *nihil* ... datum EST'." Idem p. 407, 30 "Tempestas, tempus. ... Lucilius lib. XXVII 'iam ... CERTE SINE ad me recipio'."

666. Nonius p. 477, 29 "Adiutatur pro adiutat. ... Lucilius lib. XXVII 'nec ... usuras ET ... diu'."

667. Nonius p. 366, 30 "Petere, sequi. ... Lucilius lib. XXVII 'rerum EXPLIRATORUM (*explicatorem* Leidensis, *expilatorem* Genevensis) ... petam'."

668. Nonius p. 368, 16 "Pernix significat celer. ... Lucilius lib. XXVII 'fuimus ... fore'."

669. Nonius p. 370, 28 "Parcere', servare. ... Lucilius lib. XXVII 'parcat ILLI MAIUS CUI POSSINT ... EXIMENT'."

670. Nonius p. 374, 22 "Proferre, palam facere. Lucilius lib. XXVII 'PROFERAT ERGO ... admiserit'."

671. Nonius p. 384, 25 "Redire, referri, revocari. Lucilius lib. XXVII 'si ... *redivit* ... commodo'."

672. Nonius p. 420, 5 "Verrere, ferire, pervertere. ... Lucilius lib. XXVII 'quam ... deverrere'."

---

664. *est* omisit Dousa.
667. *exploratorem* Mercerus.
669. * Conf. comm. in Lucr. p. 276.

XXVIII

Lucilium si amore inritarit suo.

nil parci ac pensi, ubi litteras doceas lutum.

aquam te in animo habere intercutem.

'hinc ad me, hinc licet.'
anu' rursum ad armillum.

utrum anno an horno te abstinueris a viro.

praeterea haec subsiciva si quando voles
opera

fulmentas veneis atque animeis subducere

Socratem
quidam tyranno misse Aristippum autumant.

---

673. Nonius p. 31, 28 "Inritare dictum est proprie provocare. ... Lucilius lib. XXVIII 'LUCILI SI IN amore inritarit suo'."

674. Nonius p. 36, 32 "Pensum significat exaequatum; quod sine inclinatione sunt quae penduntur. Lucilius lib. XXVIII '*nihil* PARVI ac pensi UTI LITTERA (olim impressi *uti litteras*) doceas lutum'."

675. Nonius p. 37, 3 "Aqua intercus, hydropum morbus ... Lucilius lib. XXVIII 'aquam ... intercutem'."

676. Nonius p. 74, 13 "Armillum. Lucilius lib. XXVIII 'hinc ... armillum'."

678. Nonius p. 121, 7 "Hornum, ipsius anni. Lucilius lib. XXVIII 'utrum ... horno te ABSTULERIS a viro'."

679. Nonius p. 175, 21 "Subsicivum, secundum, sequens. Lucilius lib. XXVIII 'praeterea ... OPERAM'."

681. Nonius p. 206, 25 "Fulmentum ... feminino Lucilius lib. XXVIII 'fulmentas AENEIS atque AENEIS subducere'."

682. Nonius p. 237, 6 "Autumare est dicere. ... Lucilius lib. XXVIII 'SOCRATIUM QUID ANTE tyranno *misisse* Aristippum autumant'."

---

677. *Ad armillum*, id est ad urceum vinarium, *reverti* dicuntur qui ad mores suos redeunt. vide lexica.
678. *te abstinueris* Scaliger. possis etiam scribere *res abstuleris.*
680. *Opera* Ianus Dousa.

adde eodem, tristis ac severus philosophus

Polemona amavit, morte huic transmisit suam
scholen quam dicunt.

eidola atque atomus vincere Epicuri volam.

'minitari aperte, capitis dicturum diem.
habes omnem rem. timeo ne accuser.

qua propter certum est facere contra ac persequi
et nomen deferre hominis.' hoc cum feceris,
cum ceteris reus una tradetur Lupo.
non aderit: ἀρχαῖς hominem et stoechíis simul
privabit. igni cum et aqua interdixerit,
duo habet stoechîa. adfuerit anima et corpore:
γῆ corpus, anima est πνεῦμα: posterioribus
stoechíis, si id maluerit, privabit tamen.

---

684. Nonius p. 410, 6 "Tristis, doctus. ... Lucilius lib. XXVIII 'adde ... philosophus'."

685. Nonius p. 414, 14 "Transmittere, tradere, derelinquere. Lucilius lib. XXVIII 'polemon (*polemo* Genevensis) ET amavit MORTEM ... SCOTLEM (sic Basileenses: *scolem* Genevensis, *stolam* olim impressi) quam dicunt'."

687. Nonius p. 478, 28 "Volam pro velim. Lucilius lib. XXVIII 'ETDOLA ... volam'."

688. Nonius p. 280, 10 "Dicere, denuntiare. Lucilius lib. XXVIII 'minitari ... diem'."
Idem p. 318, 18 "Habere, audire. Lucilius lib. XXVIII 'habes ... accuser'."

690. Nonius p. 289, 26 "Deferre, celatum prodere. Lucilius lib. XXVIII 'quapropter ... *hac* persequi ... hominis'."
Probus ad Vergilii ecl. VI, 31 p. 18, 16 "Superest ut in eo quod ait 'Spiritus intus alit' aërem dictum praesumamus. ... item Lucilius in XXVIII satirarum 'hoc cum feceris ... PRIVABITUR (*privabit* Egnatius) igni ... corpore VTI (sic Parisiensis, *Tum* Vaticanus) corpus ... tamen'."

---

687. *Idola* Iunius. * De his versibus ad philosophos pertinentibus conf. comm. in Lucr. p. 170.
696. *Γῆ corpus* Dübnerus.

agite agite, fures, mendici, argutamini.

vel si alia opu' sit fore, si hinc aliquo cesseris,

persuade et transi, vel da quam ob rem transeas.

malo hercle vestro, confectores cardinum.

vitam ac fortunas cui concrediderim meas

ne hoc faciat atque ex hac erumna is exeat.

piscium
magnam atque altilium vim interfecisti, ut lego.

verum tu quid agis? interpella me, ut sciam.

Chremes in medium, in summum ierat Demaenetus.

---

698. Nonius p. 239, 14 "Argutum, audax, malitiosum. Lucilius lib. XXVIII 'agite ... MENDACI argutamini'."

699. Nonius p. 250, 33 "Cedere, recedere. Lucilius lib. XXVIII 'vel si ALIO ... cesseris'."

700. Nonius p. 279, 3 "Da, dic. ... et lib. XXVIII 'persuade ... transeas'."

701. Nonius p. 268, 32 "Conficere, frangere. Lucilius lib. XXVIII 'malo ... cardinum'." (XXIX? conf. v. 747 et seq.)

702. Nonius p. 275, 8 "Credere, fidei committere. Lucilius lib. XXVIII 'vitam ... meas'."

703. Nonius p. 296, 15 "Exire, evadere, liberari. Lucilius lib. XXVIII 'ne ... erumna EXEATIS'."

704. Nonius p. 330, 30 "Interficere, consumere, finire. Lucilius lib. XXVIII 'piscium *magnam* (sic Leidensis, ni fallor: *gnam* Guelferbytanus, *genera* olim impressi et Mercerus) ... ut NEGO'."

706. Nonius p. 330, 33 "Interpellare, dicere, ducere. Lucilius lib. XXVIII 'verum ... sciam'."

707. Nonius p. 331, 4 "Ire, accumbere. Lucilius lib. *XXVIIII* (Leidensis et Genevensis *XXVIII*) 'chremes ... summum IRE AD demenetus'."

---

703. *is exeat* Iunius.
707. *ierat* Rothius.

nec parvo catula pretio

primo redundat aurum, ac thesauri patent.

summittas alios, si quos possis, censeo.

pueri praeterea [nostris] qui subeant [iubet]

orationem facere compendi potes
salve, dum salvis tergo et tergino licet.

cui saepe mille inposui plagarum in diem.

coicito te intro, ac bono animo es.

quid fit? 'ballistas iactant centenarias'.

---

708. Nonius p. 365, 33 "Pretium dicitur quod re empta datur. ... Lucilius lib. XXVIII 'nec par vocat ULLO pretio'."
709. Nonius p. 384, 17 "Redundare, redire. Redundare, abundare, superesse. Lucilius lib. XXVIII 'primo REDUNDANT (*redundat* olim impressi et Iunius) ... patent'."
710. Nonius p. 390, 4 "Summittere, subdere, supponere. Lucilius lib. XXVIII 'summittas ... possis CENSEAS'."
711. Nonius p. 403, 25 "Subire significat ingredi. Virg. lib. VIII 'haec, inquit, limina victor Alcides subiit'. Lucilius lib. XXVIII 'pueri ... iubet'."
712. Nonius p. 414, 7 "Terga, dorsa. ... Lucilius lib. XXVIII 'orationem ... POTEST (*postes* Leidensis et Genevensis: *potes* corrector Leidensis) SALVI (*solvi* Iunius et Mercerus) dum SALVO IN tergo et (*et in* Guelferbytanus) tergino licet'."
714. Nonius p. 496, 19 "Genitivus casus positus pro accusativo. ... Lucilius lib. XXVIII 'cui ... diem'."
715. Nonius p. 506, 22 "Es pro esto. Lucilius lib. XXVIII 'COICI te intro ... es'."
716. Nonius p. 555, 25 "Balistae, saxa maiora et gravia quibus iaciuntur. Lucilius lib. XXVIII 'quid fit balistas IACTANS centenarias'."

---

710. *censeo* Ianus Dousa. *si quos posse censeas* apud Dousas v. c.

XXVIIII

non rediret ad se atque illam exterminaret miseriam?

verum tristis contorto aliquo ex Pacuviano exordio

in me illis spem esse omnem, quovis posse me emungi bolo.

in gymnasio ut schema antiquom spectatoris retineas,

aetatem istuc tibi laturum est bellum, si hoc bellum putas.

[magno] non magna mercede, magno quod conduxeris.

cum cognoris, vitam sine cura exigas.

certum scio
esse ita ut dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia.

---

717. Nonius p. 27, 9 "Exterminatum est praeter terminos missum. Lucil. lib. XXVIIII 'non ... EXTERMINARE MISERAM'."
718. Nonius p. 30, 27 "Exordium est initium. ... Lucilius lib. XXVIIII 'VIRUM tristis ... exordio'."
719. Nonius p. 36, 18 "Emungi ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. XXVIIII 'in MELLIS spem esse omnem quovis *possem emungi volo*'."
720. Nonius p. 225, 4 "Schema feminino genere ... neutro ... Lucilius lib. XXVIIII 'in *gemnasio* ... antiquo ET SPECTATORES RETINERES'."
721. Nonius p. 248, 8 "Bellum, eligans, melius prudens. Lucilius lib. XXVIIII 'aetatem ... LATURAM ET bellum ... putas'."
722. Nonius p. 274, 15 "Conducere est sicuti usu. Lucilius lib. XXVIIII 'magno ... conduxeris'."
723. Nonius p. 291, 18 "Exigere significat agere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'cum *cognoveris* ... exigas'."
724. Nonius p. 294, 22 "Explorare, probare. ... Lucilius lib. XXVIIII 'certum ... omnia'."

---

717. *exterminaret* impressi. ille in tragoedia miser, si sanus esset, hoc faceret.
718. *Verum* Mercerus, Iunius *Utrum*. Ianus Dousa *tristi*.
719. Correxerunt Lud. Carrio et alii.

omnia alia, in quibus ecferimur rebus, ne ego multis loquar,

unde domum vix redeat vixque hoc exuat se

ventrem alienum maestum fovere, ex molito hordeo
uti cataplasma,

[cui ubi deriminutia
meae epitegma apepelli] longe opera ante alia omnia.

vos interea lumen adferte atque aulaea obducite.

'perge amabo, ac, si pote, face dignam me ut vobis putem.

anno vertenti dies
tetri miseri ac religiosi

"age núnc summam sumptús duc atque aerís simul adde aliéni.

---

726. Nonius p. 298, 4 "Efferre, extollere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'omnia ... loquar'."

727. Nonius p. 300, 10 "Exui, liberari. Lucilius lib. XXVIIII 'unde ... se'."

728. Nonius p. 311, 24 "Fovere est nutrire, provehere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'ventrem ... *mesttum* ... *cataplasmo*'." Idem p. 350, 32 "Maestum, enectum fame. Lucilius lib. XXVIIII 'ventrem ... cataplasma'."

730. Nonius p. 339, 14 "Longe etiam valde. ... Lucilius lib. XXVIIII 'cui ... omnia'."

732. Nonius p. 360, 28 "Obducere, aperire. (?) Lucilius lib. XXVIIII 'vos ... adferte (*auferte* Leidensis et Genevensis) ... aulea obducite'."

733. Nonius p. 369, 32 "Putare, aestimare. ... Lucilius lib. XXVIIII 'perge ... POTES ... putem'."

734. Nonius p. 379, 18 "Religiosos quoque dies infames vel infaustos ... Lucilius lib. XXVIIII 'anno *vertente* ... religiosi'."

736. Nonius p. 283, 29 "Ducere, volvere, pertractare. ... Lucilius lib. XXVIIII 'age ... AERI ... alieni'."

---

736. Emendavit Iunius.

eodem uno hi modo rationes subducent suas.

haec est ratio, perversa aera, summa est subducta inprobe.

deierat enim se scribsisse, et post non scribturum. redi
in consortionem:

hoc invenisse unum ad morbum illum homini vel bellissimum.

quis tu homo es? nemo sum homo.

"Apollost nomen, qui te antiquis non sinet
deliciis maculam atque ignominiam imponere.

"[quam mihi] quantum est inter humanum genus,
rerumque inter se coniugat communitas!

---

737. Nonius p. 399, 13 "Subducere, supputare. ... Lucilius *satyrarum* (sic Basileenses: non habent Iunius et Mercerus) lib. XXVIIII 'eodem ... ERRATIONES SUBDUCERET (*rationes subducent* Iunius et Mercerus) suas'."

738. Nonius p. 74, 4 "Aera, numeri nota. Lucil. lib. XXVIIII 'HOC (*haec* olim impressi) est ... aera summa ET subducta inprobe'."

739. Nonius p. 196, 12 "Consortium neutri generis. consortione(*m*) feminini Lucilius lib. XXVIIII (sic Guelferbytanus altero *x* compuncto: ceteri *XVIIII*) 'deierat enim SCRIBSISSE ... consortionem'."

741. Nonius p. 527, 27 "Vel pro etiam est. ... Lucilius lib. XXVIIII 'hoc INVENISSET ... bellissimum'."

742. Charisius p. 75 "Nemo ... antiqui et pro nullo posuerunt, ideoque nemo dicentes, quasi minus significarent, et homo addebant; ut Terentius 'numquis hic me sequitur? nemo homo est'. et Lucilius XXIX [nemo est] ideo dixit 'quis ... sum homo'."

743. Nonius p. 24, 12 "Ignominia est nominis nota. ... Lucilius libro XXVIIII '*Apolost* nomen ... *delicis* ... imponere'."

745. Nonius p. 36, 10 "*Coniungere*, copulare, dictum est a iugo (hinc apparet scribendum esse *Coniugare*). Lucilius lib. XXIX 'QUAM MIHI ... CONIUNGAT COMMUNICAT'."

---

738. *summa est* Casaubonus.

743. Versus tragici. sententia in hunc modum expleri debet, *magnum in his regionibus Apollost nomen.*

745. Fortasse *Commune quantum est.*

746. Mercerus *Ferumque.*

subplantare aiunt Graeci

Gnatho, quid actum est? 'depilati omnes sumus.'

caede ostium, Gnatho, urge. 'restant. periimus.'

'nemo hos ancipites ferro effringat cardines.'

vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.

crus lapide.' nihil est. credam, si te offenderit.

amicos cum inprobo illo audivimus
Lucilio advocasse.

chironio
et non mortifero adfectus vomicae vulnere.

---

747. Nonius p. 36, 5 "Subplantare dictum est pedem subponere. Lucilius XXVIIII 'subplantare aiunt graeci'." addunt olim impressi 'ὑποσκελίζειν dicitur', Iunius 'ὑποσκελίζειν dicunt.'
748. Nonius p. 36, 27 "Depilati dictum rarefacti. Lucilius lib. XXIX 'NATO ... sumus'."
749. Nonius p. 272, 11 "Cedere, frangere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'caede hostium *grato* urge *reistam perimus*'." Idem p. 417, 32 "Urgere, insistere. Lucilius lib. *XXVIII* 'caede ... *perimus*'."
750. Nonius p. 245, 10 "Anceps, duplex. Lucilius lib. XXVIIII 'nemo ... cardines'."
751. Nonius p. 245, 18 "Anceps, acutum ex utraque parte. Lucilius lib. XXVIIII 'vecte ... cardines'."
752. Nonius p. 358, 24 "Offendere est percutere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'crus ... offenderit'."
753. Nonius p. 74, 10 "Advocasse pro vocasse. Lucilius lib. XXVIIII 'amicos ... advocasse'."
755. Nonius p. 186, 26 "Vomica, concava loca vetustate exesa. Lucilius lib. XXVIIII 'TYRONEO ... vomica ET VULNERA'."

---

747. *Gnatho* Mercerus.
752. Aut corrupta sunt verba, aut Nonius male interpretatur.
755. De vomica Nonius desipit. *chironio* Ianus Dousa.
756. Olim impressi *et vulnere.*

ut si id quod concupisset non aptus foret,

deletionem nostri ad unum exercitus

detrusus tota vi deiectusque Italia

hoc tum ille habebat et fere omnem Apuliam.

sic, inquam, veteratorem illum ac vetulum lupum
Annibalem acceptum

hiemem unam quamque carpam

concedat homini id quod velit, deleniat,
corrumpat prorsum ac nervos omnis eligat.

---

757. Nonius p. 234, 26 "Aptus significat adeptus. ... Lucilius lib. XXVIIII 'ut ... non aptus'."
758. Nonius p. 97, 4 "Deletio. Lucilius lib. XXVIIII 'deletionem ... exercitus'."
759. Nonius p. 289, 1 "Deicere, praecipitare. ... Lucilius lib. XXVIIII 'DETRURSUS (*detrusus* olim impressi) ... DEIECTAQUE italia'."
760. Nonius p. 317, 27 "Habere, tenere, occupare. ... Lucilius lib. XXVIIII 'hoc ... apuliam'."
761. Nonius p. 240, 8 "Accipere, decipere. Lucilius lib. XXVIIII 'sic ... ILLUM vetulum ... acceptum'."
763. Nonius p. 252, 13 "Carpere, celeriter praeterire. ... Lucilius lib. XXVIIII 'hiemem ... carpam'."
764. Nonius p. 278, 10 "Delenitus est mente alienatus. ... Lucilius lib. *XXVIII* 'concedat ... quod *vult* ... *prorsus* ac ... eligat'." Idem p. 269, 29 "Concedere, dare vel permittere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'concedat ... deleniat'." Idem p. 301, 10 "Eligere, defatigare. Lucilius lib. XXVIIII 'corrumpat *prorsus ad* ... eligat'."

---

757. *foret* addidit Ianus Dousa. Gellius libro VII, 3 ex epistula Tironis "Recte, inquit (Tiro), hoc vitio dat Lucilius poetae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de nece eius cepisset, Merope fratris uxor hisce eum verbis eluserit: *εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὥς σὺ φής, κτείνειν πόσις, Χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὥς χρόνος παρῆλθεν.* at hoc enim, inquit, plane stultitiae plenum est, eo consilio atque ea fini facere velle aliquid, uti numquam id facias, quod velis."
759. *deiectusque* Iunius.

ratio est, dissociat quae bona ac nefantia.

quid? quas partiret [ipse] pro doctrina boni,

et amabat omnes. nam ut discrimen non facit
neque signat linea alba,

sic Socrates in amore: in adulescentulis
meliorem paulo faciem signat nilque amat.

tum illud epifonî, quod etiamnum nobile est,

cum ipsi in lutum descendant, cum alios detrahant.

uti nunc hac re mihi opem atque auxilium offeras.

---

766. Nonius p. 489, 16 "Nefantia pro nefanda. ... idem lib. XXVIIII 'dissociat ATQUE OMNIA *an* (*ac* Leidensis) nefantia'. Varro Sciamachia, περὶ τύφου 'ego, inquit, eam suppetias, quitunc (*quicum*) mihi nec res nec ratio est, dissociat *at*que *omnia* ac nefantia?'"
767. Nonius p. 472, 11 "Partiret pro partiretur. Lucilius lib. XXVIIII 'quid ... boni'."
768. 770. Nonius p. 282, 26 "Discrimen rursum separatio. ... Lucilius lib. XXVIIII 'et amabat ... alba'." Idem p. 405, 11. 16 'Signare est designare, ostendere. Lucilius lib. XXVIIII 'sic socrates in amore ET in adulescentulis MELIORE paulo FACIE signat *nihil*que AMARET'.... Signare, discernere, separare. Lucilius lib. *XVIIII* 'nam ut discrimen ... alba'."
772. Nonius p. 352, 4 "Nobilis dicitur et notus. ... Lucilius lib. XXVIIII 'tum ... etiam TUM nobile est'."
773. Nonius p. 288, 10 "Detrahere, extrahere (?). Lucilius lib. XXVIIII 'cum ... detrahant'."
774. Nonius p. 360, 24 "Offerre, efferre (*adferre* Genevensis). Lucilius lib. XXVIIII 'UT nunc ... offeras'."

---

768. 770. Notum est haec e Platonis Charmide petita esse, p. 154. *ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, οὐδὲν σταθμητόν· ἀτεχνῶς γὰρ λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς· σχεδὸν γάρ τί μοι πάντες οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ καλοὶ φαίνονται.*
771. *nihilque amat* primus, nisi fallor, Gerlachius.
772. *etiamnum* Ianus Dousa.

colligere auxilium, tam etsi est indigna, ut feram.

huc, alio cum iter haberet, praeteriens venit.

virgon an mulier, dubito. filum non malum,
nasum hoc corpusque scitum

favitorem tibi me amicum amatorem putes.

habeasque in animo, mi admodum causam gravem
fore quae me ab ullo commodo abducat tuo.

cuius si in periclo feceris periculum,

et si retinere hunc voles,
si longius te producturum et diutius

tu qui iram indulges nimis,
manum abstinere te a muliere melius est.

---

775. Nonius p. 303, 13 "Ferre, afferre. ... Lucilius lib. XXVIIII 'colligere ... feram'."
776. Nonius p. 318, 21 "Habere, dirigere. Lucilius lib. XXVIIII 'HUNC (sic Basileenses: Merceri libri *hoc*, olim impressi et Mercerus *huc*) ... venit'."
777. Nonius p. 313, 12 "Filum, oris liniamentum. Lucilius lib. XXVIIII 'SURGE mulier DUCITO (*ducite* Basileenses soli) filum non malum'." Grammaticus de generibus nominum a M. Hauptio editus p. 89, 7 "Nasum generis neutri, ut Lucilius 'nasum ... SCUTUM'."
779. Nonius p. 110, 23 "Fabitorem. Lucilius lib. XXVIIII 'favitorem ... putes'."
780. Nonius p. 315, 29 "Grave, necessarium. Lucilius lib. XXVIIII 'habeasque ANIMO mihi ... tuo'."
782. Nonius p. 364, 14 "Periculum, experimentum. ... Lucilius lib. XXVIIII 'cuius ... *periculo* ... periculum'."
783. Nonius p. 372, 24 "Producere dicitur longius ducere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'et si ... diutius'."
785. Nonius p. 325, 32 "Indulgere, augere. Lucilius lib. XXVIIII 'tu ... MANUS abstinere A muliere melius est'."

---

778. *scitum* Hauptius. * Conf. comm. in Lucr. p. 300.
786. Iunius *Manus a muliere abstinere melius est.*

insulta miserum tu quoque in me

deum rex avertat verba obscena.

cohibet domi
maestus se, Albinus repudium quod filiae remisit.

adde alios omnes meo periclo ex ordine.

pluteos excutiet, textaque et testudines reddet,

quod te intro misi, gratiam referat mihi.

primum ex advorso siquod est caenaculum, quo recipias te,

urget gravido saepius culpa tua.

---

787. Nonius p. 330, 21 "Insultare, iniuriosius aliquid dicere. Lucilius lib. XXVIIII 'insulta ... TE ... me'."
788. Nonius p. 357, 16 "Obscenum significat et maledicum. ... Lucilius lib. XXVIIII 'deum RIXA vertat VERTAT verba obscena'."
789. Nonius p. 383, 19 "Remissum, missum. Lucilius lib. XXVIIII 'cohibet ... remisit'." Idem p. 350, 30 "Mestum, triste, miserandum. ... Lucilius lib. XXVIIII 'cohibet *et* dom*ina* maestus se albinus'."
792. Nonius p. 364, 4 "Periculum est salutis discrimen. ... Lucilius lib. XXVIIII 'adde ... *periculo* ex ordine'."
793. Nonius p. 381, 7 "Reddere, facere. Lucilius lib. XXVIIII 'pluteos EXCUTIT TECTAQUE ... reddet'."
795. Nonius p. 382, 3 "Referre, reddere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'quod ... mihi'."
796. Nonius p. 384, 5 "Recipere, revocare. Lucilius lib. XXVIIII 'primum ... quo RECIPIAT te'."
798. Nonius p. 418, 7 "Urgere est premere, cogere. ... Lucilius lib. XXVIIII 'urget ... tua'."

---

787. *tu* quis primus voluerit nescio.
788. Correxit Mercerus.

"hic úbi me vidét, subblandítur, palpátur,
capút scabit, pedés legit,

"dividant, dífferant, díssipent, dístrahant.

"quae nam vox extemplo resonans meo gradu remoram facit?

"nec ventorum flamina flando
suda secundent.

"séd fuga fingitúr, timido vadít pede percitús.

805ª primam crisicum negat signatam reddere

805ᵇ quid mihi proderit quam satias iam omnium rerum tenet?

---

799. Nonius p. 472, 5 "Palpatur. Lucilius lib. XXVIIII 'hic *me ubi* videt ... scabit'." Festus p. 210, 18 "Pedibus obsitum, id est pediculis ... et Lucilius '*ubi me vidit,* caput scabit, pedes legit'." eadem quae Festus habet Paulus p. 117 sine nomine poëtae coniuncta cum verbis Titinii.
801. Nonius p. 287, 8 "Distrahere est vendere. Lucilius lib. XXVIIII 'dividant ... distrahant'."
802. Paulus diaconus p. 136 "Remeligines et remorae a morando dictae. ... et Lucilius 'quaenam vox EX TE resonans ... facit'." Festus p. 277, 5 "..... meo gr......."
803. Nonius p. 31, 18 "Sudum dictum est quasi semiudum, ut est aër post pluvias serenus et liquidus. ... et Lucilius lib. XXVIIII 'nec ... secundent'."
805. Nonius p. 308, 28 "Fingere, parare. Lucilius lib. *XXVIII* 'sed ... percitus'."
805ª. Nonius p. 171, 5 "Signatam virginem vetustas voluit dicere. Lucilius lib. XXVIIII 'primam crisicum negat signatam *redire* (*redere* Leidensis, *red^e^ire* Guelferbytanus, *reddere* olim impressi)'."
805ᵇ. Nonius p. 172, 13 "Satias pro satietas ... Sallustius historiarum lib. II 'hi saltibus ... satias facta'. Lucilius lib. XXVIIII 'quid ... satias (*te* addit Leidensis) iam ... tenet *facta* (*facta* olim deletum)'."

805ª. Scaliger *Chrysi cum;* Mercerus *Primum Chrysi cum negat, se gnatam reddere.*

XXVI—XXVIIII

quin ámplexetur qui velit: ego non sinam me amplectier.

tum priu' non tolli animum ex homine atque hominem ipsum
interfeceris.

mercede quae conductae flent alieno in funere,
praeficae multo et capillos scindunt et clamant magis.

at cui? quem febris una atque una ἀπεψία,
vini, inquam, cyathus unus potuit tollere.

in bonis porro est viris,
si irati seu cui propitii sunt, diutius
eadem ut una maneant in sententia.

non cum benignitate solita propitios

---

806. Priscianus p. 791 "Lucilius 'quin ... amplectier'. amplexetur περιπλεκέσθω." (XXVI?)
807. Nonius p. 330, 23 "Interficere, occidere. Lucilius lib. XXVI*III* prius non TOLLAS QUAM TULLI animum ex NOMINE ... interfeceris'." (XXVI? conf. 579 ss.)
808. Nonius p. 67, 4 "Praeficae dicebantur apud veteres quae adhiberi solent funeri mercede conductae. ... Lucilius lib. *XXII* 'mercede ... magis' ..." (XXVII)
810. Nonius p. 406, 23 "Tollere, occidi *(occidere)*. Lucilius lib. *XXVI* '*ad* cui ... HIATRUS unus potuit tollere'." (XXVIII?)
812. 815. Nonius p. 463, 8 "Propitios et homines placatos dici vetustas voluit. *XXVII* 'in *vonis* ... sunt DI (*ui* Leidensis) diutius eadem UNA ... sententia. NAM cum benignitate SOLLICITO PROPOSITOS'. Terentius in Adelphis (I, 1, 6) 'quam [ut] ea quae parentes propitii'." (XXVIII?)

---

806. Scilicet passive, si Priscianus recte intellexit.
811. *cyathus* Iunius.
812. 815. Horum versuum ultimus Lucilio adscribendus sit, an alii poëtae non apparet.

[Gretea], cum ad me cubitum venerat,
sponte ipsa suapte adducta ut tunicam et cetera
reiceret,

mihi necesse est loqui:
nam scio Amyclas tacendo periisse.

Carpathium mare transvectus cenabis Rhodi.

quod mihi commodum
haut una vestimenta deposiveram.

has e fenestris in caput
deiciam, prope qui ad ostium aspiraverint.

sarcinatorem esse summum, suere centonem optume.

---

816. Varro de lingua Latina VI p. 58, 11 "Spondere est dicere 'spondeo' a sponte (nam id valet) et a voluntate. itaque Lucilius scribit de Gretea, cum ad se cubitum venerit, *sua voluntate* (delendum vidit Scaliger) sponte ipsam suapte adductam ut tunicam et CETERAE (impressi *cetera*) reiceret." (XXVIII. XXIX)
819. Servius ad Aeneidos X, 564 "... unde tacitae Amyclae dictae sunt, quod periere silentio. unde Lucilius ait 'mihi ... periisse'." (XXVIII. XXIX)
821. Iunius Philargyrius ad georgicon IV, 387 "Carpathio, Aegyptio: Carpathos enim insula est Aegypti vel, ut Pompeius dicit, insula Rhodiorum. alii sic. Carpathium mare inter Rhodum et Alexandriam, quod abesse *(appellatum esse?)* dicitur a Carpatho insula. ut Lucilius 'Carpathium ... Rhodi'." (XXVIII. XXIX)
822. Donatus ad Terentii Phormionem IV, 3 p. 481 "Commodum, commoda aestimatio est *(aestimatione)* temporis. commodum, tantum quod. Lucilius 'quod mihi commodum EST *aut* una (*uda* olim impressi) vestimenta *deposueram* (*reposueram* olim impressi)'." (XXVIII. XXIX)
824. Nonius p. 288, 30 "Deicere dicitur mittere. ... Lucilius lib. *XXVII* 'has ET FENESTRAS (*fenestris* Leidensis secunda manu et Genevensis) ... DEICIUNT (*deiciam* Leidensis et Genevensis) QUI PROPE ad hostium aspiraverint'." (XXVIII an XXIX?)
826. Nonius p. 175, 32 "Sarcinator. Lucilius lib. *XXVIII* 'sarcinatorem ... optume'." (XXIX?)

---

824. *e fenestris* Aldus.

quare pro facie, pro statura, Acci status?

quid me fiet? si quidem non vis te inprobis committere.

commovet se nusquam neque committit, ut pereat sibi.

facio, ad lenam venio, tribus in libertatem milibus destino.

cupiditas ex homine cupido et stulto numquam tollitur.

prospiciendum ergo in senectam nunc ab adulescentia est.

quid vero est, centum ac ducentum possideas si milium.

qui de thynno capto cobium excludunt foras.

---

827. Nonius p. 226, 24 "Statura generis feminini. Lucilius lib. *XXVIII* 'quare ... ACCIUS'. status masculini. M. Tullius de officiis lib. I 'in corporis denique motu et statu cernitur'." (XXIX?)

828. Nonius p. 248, 24 "Committere, coniungere, sociare. Lucilius lib. *XXVIII* 'quid ... committere'." (XXIX?)

829. Nonius p. 249, 3 "Committere, facere. ... Lucilius lib. *XXVIII* 'commovet ... COMMITTET ... sibi'." (XXIX?)

830. Nonius p. 289, 30 "Destinare, emere. Lucilius lib. *XXVIII* 'facio ad LENONEM ... DESTINER'." (XXIX?)

832. Nonius p. 436, 31 "Cupiditas et cupido diversa sunt: nam cupiditas levior est. Lucilius lib. *XVIIII* 'cupiditas ex homine, cupido EX stulto numquam tollitur'; quod cupiditas pars quaedam sit temperatior defluens ex cupidine." (XXIX?)

833. Nonius p. 492, 22 "*Senectam* pro senectute (*-tem*). Virg. lib. VI 'vires ultra sortemque senectae'. Lucilius lib. *XXVIII* 'prospiciendum ergo in *senecta* nunc ADulescentia est'." (XXIX?)

834. Nonius p. 493, 33 "Sescentum pro sescentorum. ... idem lib. *XXX* 'quid ... milium'." (XXIX?)

835. Varro de lingua Latina libro VII p. 74, 8 "Apud Lucilium

---

827. Horatius serm. I, 10 *Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?* Accii versus ex Amphitryone apud Nonium p. 116, 6. *Tamen et status* (libri *statuae*) *et gracilitudo* (*et* addunt libri) *prope modum et luctus facit Ne dubitem.*

831. *Destino* Acidalius.

832. Nonius delirat.

835. *cobium* O. Müllerus.

sume rete atque amian

scinde calam, ut caleas.

ecquem Pamphilum
quaeris?

metuam ut memoriam retineas

quo facetior videare et scire plus quam ceteri,
pertisum hominem, non pertaesum, dicere aerumnamst opus.

'QUIDEM thinno ... CORIUM ... foras' ... piscium nomina sunt, eorumque in Graecia origo." (XXVI-XXIX)

836. Varro de lingua Latina libro VII p. 74, 8 10 "Apud Lucilium ... et 'sumere te atque amian' piscium nomina sunt, eorumque in Graecia origo." (XXVI-XXIX)

837. Servius ad Aeneidos VI, 1 et ex eo scholiastes Statii Achill. III, 48 p. 451 "Classis dicitur vel quod fiat de fustibus. calas (*calos* ad Statium) enim dicebant maiores nostri fustes quos portabant servi sequentes dominos ad proelium; unde etiam calones dicebantur. nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret et (*ipse* ad Statium) vallum. vallum autem dicebant calam; sicut (*sic* ad Vergilium) Lucilius 'scinde ... caleas', id est 'puer (*o puer* ad Vergilium), frange fustes et fac focum'. inde ergo classem dictam dicunt. alii" etc. (XXVI-XXIX)

838. Servius ad Aeneidos I, 181 'Anthea si quem'. "Aut certe quem vacat, ut superius diximus istas vacare particulas. ut ipse Virg. 'Rhebe diu, res siqua diu mortalibus ulla est'. nemo dicit siqua ulla, sed si ulla: vacat ergo qua. item in Lucillio, 'ecquem Pamphilum quaeris', quem vacat: nam de uno loquebatur." (XXVI-XXIX?)

840. Donatus ad Terentii Andriam V, 4 p. 90 "Metuo ut substet hospes. Ut, ne non. Lucilius 'TUUM ut memoriam retineas (olim impressi *tuam ut memoria*, partim *memoriam, retinebis*)'." (XXVI-XXIX)

841. Festus p. 273, 9 "Redarguisse per e litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse; ut idem etiam pertisum. cuius m̄. (*meminit*) Lucilius, cum ait 'quo ... dicere FERUM nam GENUS'." Idem p. 217, 5 "*Perti*sum di ——— qui Paul ———" (XXVI-XXIX)

---

838. Haec non videntur esse Lucilii, sed Terentii, ex Hecyra V, 3, 6, *hospitem ecquem Pamphilum Hic habes?*

nequeunt prodire in altum, proeliarier
procul sub vite,

845 tum ephebum, queidam quem vocant parectaton

atque omnes mandonum gulae

asparagi molles et viride cyma

serena caeli momina et salis fretus

si argenti indiges

850 Hymnis, vellem te id quod verum est credere.

---

843. Paulus diaconus p. 144 "Sub vitem proeliari dicuntur milites, cum sub vinea militari pugnant. Lucilius 'NEQUE prodire ... PROELIARI ... vite'." Festus p. 310, 6 "—— ri dicuntur ———— militari pug ———— QUE prodire ———— ul sub vite'." (XXVI-XXIX)
845. Nonius p. 67, 14 "Parectatoe ... idem *vicesimo* 'TUUM efoebum QUEMDAM ... parectaton'." cetera adscripsi libro IX, 280. (XXVI-XXIX)
846. Nonius p. 17, 15 "Manducones, qui manduci dicti sunt et mandones, edaces. Pomponius Pictoribus 'Magnus manducus camillus (*Campanus* puto) canterius'. Lucilius 'atque omnes mandonum gulae'. Varro Vimargo 'magna ut (rectius *uti*) Tremescat Roma et magnae mandonum gulae'." (XXVI-XXIX)
847. Nonius p. 195, 4 "Cima neutro, ut Lucilius 'asparagi molle SED (*molles et* Leidensis?) viride cima'. feminino Cornelius Celsus, etsi minoris auctoritatis, posuit 'laetam formosamque cymam'." (XXVI-XXIX)
848. Nonius p. 205, 29 "Fretum ... masculini ... Lucilius 'SERANA CAECILI (*caecaeli* Leidensis: *caeli* editio Iunii) NOMINE et salis fretus'." (XXVI-XXIX)
849. Nonius p. 496, 20 "Genitivus casus positus pro accusativo. ... idem 'si argenti indiges'." (XXVI-XXIX. XXVIII?)
850. Nonius p. 275, 5 "Credere est fidem habere dictis vel factis. Lucilius lib. *XXVI* (sic Guelferbytanus: Mercerus dedit *XXVII*) 'hymnis VELIM te id quod verum est credere'." (XXVI? XXVII? ?)

---

845. *Tum* Iunius.
846. Varro, ut solet in saturis, ad Lucilii versum alludit.
848. * Conf. comm. in Lucr. p. 413.

Hymnis, ego animum sic induco, quod tu ab insano auferas,

Hymnis sine eugio ac destina.

nunc itidem populo istuc scripturi voluimus
capere animum illorum

855 ὠμοτριβὲς oleum Casinas

* homini amico ac familiari non est mentiri meum.

* collo caput
sustentatur, truncus sustinetur coxendicibus.

---

851. Nonius p. 330, 9 "Inducere, persuadere. Lucilius lib. *XXVIII* 'hymnis ... quod TUA (*tu* Genevensis et Leidensis) ab insano auferas'." (XXVIII?)
852. Nonius p. 107, 31 "Eugium, media pars inter naturalia muliebria. Lucilius *in epodis* 'hymnis ... destina'. Laberius in Centenario 'quare tam arduum ascendas? an concupisti eugium scindere?'" Idem Nonius p. 490, 20 "Deliritas, deliratio. Laberius 'quaenam mens, quae deliritas vos subpolitoris facit cum cano eugio puellitari?'" (XXVIII?)
853. Nonius p. 253, 14 "Capere, delectare. ... Lucilius lib. *XXVI* 'nunc ... ISTUM SCRIPTORIBUS voluimus ... illorum'." (XXVI?)
855. Priscianus p. 762 "Naevius neutraliter hoc Samnite protulit in carmine belli Punici. ad cuius similitudinem debet etiam hoc dite dici. ... Lucilius tamen 'ὠμοτριβὲς oleum Casinas' pro Casinate."
856. Lactantius instit. VI, 18, 6 "Itaque viator ille verus ac iustus non dicet illud Lucilianum 'homini ... meum'."
857. Nonius p. 94, 5 "Coxendicas, coxas (*cocsendica coxa* Leidensis). Lucilius 'CAPUT COLO (sic Basileenses: *caput collo* priores editiones) *stemptatur* (*sustentatur* priores) truncus sustinetur A coxendicibus (*a cocsendicibus* Basileenses)'."

---

851. Malim *Hymnis, ego animum hoc induco.*
857. Emendavit Godofredus Hermannus in praef. ad Plauti Bacchides p. v. idem contulit quae Isidorus orig. XI, 1, 72 habet "Truncus media pars corporis a collo ad inguina. de quo Nigidius 'caput collo vehitur, truncus sustinetur coxis et genibus cruribusque'." Conf. M. Hertzius de Nigidio p. 43.

* Persium non curo legere, Laelium Decumum volo.

XXX

accipiunt leges, populus quibu' legibus exlex

inde canino ritu oculos quoi involem

praestringat splendore micanti

---

859. Cicero de oratore II, 6, 25 "Nam ut C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, dicere solebat, neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse, de quo etiam scripsit 'Persium non curo legere', hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus, 'Laelium Decumum volo', quem cognovimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium: sic ego ..." Idem de fin. bon. et mal. I, 3, 7 "Nec vero, ut noster Lucilius, recusabo, quo minus omnes mea legant. utinam esset ille Persius! Scipio vero et Rutilius multo etiam magis; quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere." Confer Madvigium. Plinius hist. nat. praef. 7 "Praeterea est quaedam publica etiam eruditorum reiectio; utitur illa et M. Tullius extra omnem ingeni aleam positus et quod miremur per advocatum defenditur: 'nec doctissimis. Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo'. quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit, si Cicero mutuandum, praesertim cum de re publica scriberet, quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus?"

860. Nonius p. 10, 21 "Ilex et exlex est qui sine lege vivat. ... Lucilius satyr. lib. II ... Varro ... Lucilius lib. XXX 'accipiunt ... exlex'."

861. Nonius p. 33, 2 "Involare est inruere, insilire; aut a volatu aut a vola, id est media manu, dictum. ... Lucilius lib. XXX 'inde canino RITO (olim impressi *ritu*) OCULISQUE involem'."

863. Nonius p. 34, 31 "Praestringere dictum est non valde stringere et claudere. Plautus in Milite glorioso 'praestringat oculorum aciem in acie hostibus'. Lucilius lib. XXX 'praestringat OCULORUM ACIEM IN ACIE HOSTIBUS splendore micanti'."

insperato obiit, quem una angina abstulit hora.

quo nosse arquatos? surgamus, eamus, agamus.

culcitulae accedunt privae centonibu' binis.

quam me hoc tempore, nugator, cognoscere non vis

Euplocamo digitis, discerniculumque capillo

cuia opera [Troginu'] calix per castra cluebat.

clauda una est pedibus cariosis mensa Liboni.

illo quid fiat, Lamia et [Pitto] oxyodontes
quoi veniunt, illae gumiae vetulae inprobae ineptae?

---

864. Nonius p. 35, 10 "Angina, genus morbi, eo quod angat. et Graece synanca appellatur. Lucilius lib. XXX 'insperato ABIT ... *anguina* SUSTULIT hora'."

865. Nonius p. 35, 15 "Arquatus morbus dictus qui regius dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat. 'QUOD NOS ESSE arquatos ... agamus'."

866. Nonius p. 35, 20 "Privum est proprium unius cuiusque; unde et res privata. Lucilius lib. XXX 'culcitulae (*culcituae* Leidensis) ... binis'. idem 'abdomina tunni priva dabo'."

867. Nonius p. 35, 23 "Nugator, nugis turbator. Lucilius lib. XXX 'quam ... vis'."

868. Nonius p. 35, 31 "Discerniculum, acus quae capillos mulierum ante frontem dividit, dicta a discernendo. Lucilius lib. XXX 'euplocamo ... capillo'."

869. Nonius p. 81, 31 "Cuia pro cuius. Lucilius lib. XXX 'cuia ... cluebat'." Idem p. 87, 32 "Cluet, nominatur. Lucilius lib. XXX '*quia* ... cluebat'."

870. Nonius p. 83, 12 "Caries est vetustas. ... Lucilius lib. XXX 'PLAUDA ... MENSULIBANO'."

871. Nonius p. 117, 33 "Gemiae, gulosi. Lucilius libro XXX 'illo

---

864. *abstulit* Iunius. * Conf. comm. in Lucr. p. 355.
865. Lucilii versum esse omnes viderunt: sed est ex libro XXX, e quo Nonius omnia sumpsit quae sunt in vicinia huius capituli.
870. *mensa Liboni* Scaliger.
871. Scaliger ad Varronem de lingua Lat. p. 155 *et Pytho oxyo-*

curare domi sint
gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.

quod tu si laudes culpes, non proficis hilum.

nunc, Gai, quoniam incilans nos laedi', vicissim
summatim tamen experiar rescribere paucis.

his te versibus interea contentu' teneto.

inluvies scabies oculos huic deque petigo
conscendere.

* tristem et corruptum scabie et porrigini' plenum.

... pitto IXIODONTES QUOD veniunt GEMIAE ILLAE vetulae inprobae ineptae'."

873. Nonius p. 118, 9 "Gerdius. Lucilius lib. xxx 'curare ... TECTOR'."

875. Nonius p. 121, 3 "Hilum, breve quoddam. Lucilius lib. xxx 'quod TUA laudes ... hilum'."

876. Nonius p. 125, 6 "Incilare est increpare vel inprobare. ... Lucilius lib. xxx 'nunc ... vicissim'." Idem p. 296, 5 "Experiri, temptare. ... Lucilius lib. xxx 'summatim .. paucis'."

878. Nonius p. 264, 3 "Contentus dicitur cui res etiam parva abunde est. ... Lucilius lib. xxx 'ET IS te ... teneto'."

879. Nonius p. 125, 31 "Inluvies, sordes. ... Lucilius lib. xxx (olim impressi *xxxvi*, Iunius *xx*) 'inluvies, ... DENIQUE *spei* conscendere'." Idem p. 160, 17 "Petigo, genus morbi. Lucilius lib. xxx 'inluvies ... DENIQUE petigo conscendere'."

881. Nonius p. 160, 20 "Porrigo, morbi genus. Lucilius lib. xxx 'tristem ... plenum'."

dontes Quo veniunt, illae gumiae. Pythonem autem pro terriculamento esse quo iure dicat ignoro.

874. *textor* Iunius.

878. *His te* Iunius.

879. *deque petigo* Scaliger.

880. *Conscendere oculos,* ad oculos ex inferioribus corporis partibus ascendere puto.

pulmentaria, ut intubus aut aliqua id genus herba,
et ius maenarum. bene habet, si [mictyris haec] est.

sperans lactare me eandem
hanc proporro posse et mansum ex ore daturum.

neminis ingenio tantum confidere oportet

sed tamen hoc dicas quid rest, si noenu molestum est.

Seiu' cum eo medio a ludo bene potu' recessit.

sicut te, qui ea quae speciem vitae esse putamus
hic in stercore humi fabulisque, fimo atque sucerdis

882. Nonius p. 137, 28 "Mictyris, paupercula pulmentaria. Lucilius lib. *xx* 'pulmentaria ut *entibus* aut *aliquod* genus ... menarum bene habet SE mictyris haec est MERI'." Idem p. 209, 3 "Intiba generis neutri. ... masculini. Lucilius ... idem xxx 'pulmentaria ... aliqua *et* id genus herba'."

884. Nonius p. 140, 13 "Mansum, mandendum aut mansatum. ... Lucilius lib. xxx 'sperans AETATEM eandem HAEC PROFERRO (impressi *proferre*) POSSET mansum ex ore daturum'."

886. Nonius p. 143, 19 "Neminis positum pro nullius. ... Lucilius lib. xxx 'neminis *ingenium* ... oportet'." Priscianus p. 683 "Lucilius in xxx 'neminis ingenio *quenquam* confidere oportet'."

887. Nonius p. 143, 33 "Noenum pro non. Lucilius lib. xxx 'sed ... quid EST si NOENUM ... est'."

888. Nonius p. 157, 12 "Potus a bibendo. Lucilius lib. xxx 'SECUS cum eo medio AC ludo ... recessit'."

889. Nonius p. 173, 21 "Speciem, specimen vel exemplar. Lucilius lib. xxx 'SICUTI te ... vitae PUTAMUS ESSE'."

890. Nonius p. 175, 12 "Sucerdae, Lucilius lib. xxx 'hic ... sucerdis'."

883. *meri* Rothius delendum esse vidit: sequitur enim proxime *Mertaret.* De *mictyride* Nonius fallitur, ut solet. fortasse scribendum est *si mystila sicca est.* Pollux vi, 87 *μυστίλη μὲν οὖν ψωμὸς κοῖλος εἰς ἔτνος ἢ ζωμὸν βαθυνθείς.*

884. * Conf. comm. in Lucr. p. 82.

887. * Conf. comm. in Lucr. p. 149 s.

888. Potest etiam scribi *Seru' cum eo.*

890. *fabuloque* Scaliger ad Varronis rerum rusticarum i, 31, 4, sed memoriae vitio.

gratia habetur utrisque, illisque tibique simitu.

quodque adeo fuerint qui temnere ..... superbum

hic ut muscipulae tentae atque ut scorpio' cauda
sublata

unus consterni nobis vetu' restibus aptus.

hoc etiam accipe quod dico: nam pertinet ad rem.

quoi sua committunt mortali claustra camenae?

quantoque pudore ex pectore cessit

conficit ipse comestque.

891. Nonius p. 175, 15 "Simitu, simul. Lucilius libro xxx 'gratia ... illis QUAE SIBI QUAE simitu'."
892. Nonius p. 180, 3 "Temnere, contemnere. Lucilius lib. xxx 'quodque ... temnere superbum'."
893. Nonius p. 181, 31 "Tenta dictum pro extensa. ... et in lib. xxx 'hic ut *muscipula* tentae *aque* scorpios cauda sublata'." Idem p. 266, 3 "Contentum dicitur extensum. ... Lucilius lib. xxx 'hic ut *muscipula contenta atque* scorpios cauda sublata'." Idem p. 385, 30 "Sublatum, erectum. ... Lucilius lib. xxx 'hic ut muscipulae *tantae* atque ut *scorpius* cauda sublata'."
895. Nonius p. 235, 16 "Aptum rursum conexum et colligatum significat. ... Lucilius lib. xxx 'unus CONSTERNIT *novis* ... aptus'."
896. Nonius p. 240, 3 "Accipere, audire. ... Lucilius lib. xxx 'hoc ... rem'."
897. Nonius p. 249, 14 "Committere, credere, permittere. ... Lucilius lib. xxx 'QUIA sua ... camenae'."
898. Nonius p. 250, 25 "Cedere significat secundum consuetudinem abire superatum et locum victori dare. ... Lucilius lib. xxx 'QUANDOQUE pudore (*pudor* omnes ante Basileensem editionem) ex pectore cessit'."
899. Nonius p. 269, 20 "Conficere, consumere, finire. ... Lucilius lib. xxx '*confecit* ipse comestque'." Idem p. 81, 27 "Et xxx 'conficit ipse *comesque*'."

891. *illisque tibique* Iunius.
893. * Conf. comm. in Lucr. p. 29.
895. Unus grabattus. in libro VI, 214 *Tres a Deucalione grabatti restibu' tenti.*

lana, opus omne perit: pallor, tiniae omnia caedunt.

ruis huc, et colligis omnia furtim.

et circum volitant ficedula, turdi
curati scite.

et virtute tua et claris conducere chartis

virtutisque tuae chartis monumenta locantur.

et sola ex multis nunc nostra poëmata ferri

multis indu locis sermonibu' concelebrarunt.

'nemo istum ventrem pertundet' delicet: aude
uti vi, atque videbis.

900. Nonius p. 272, 13 "Caedere, commiscere. Lucilius lib. xxx 'lana ... *fallor* ... cedunt'." Idem p. 462, 24 "Pallorem vetustatem et neglegentiam Lucilius lib. xxx voluit dici posse. 'lana ... caedunt'."
901. Nonius p. 273, 27 "Colligere, auferre. Lucilius lib. xxx 'ruis HOC ... furtim'." Idem p. 380, 6 "Ruere, irruere sine cautela. Virg. lib. x 'quo moriture ruis maioraque viribus audes?' Lucilius lib. xxx 'ruis HOC ... furtim'."
902. Nonius p. 274, 11 "Curatum, cum delectu apparatum. Lucilius lib. xxx 'et circumvolitant FICETULAE turdi CURATIS SOCI'."
904. Nonius p. 274, 21 "Conducere, convertere. Lucilius lib. xxx 'et ... chartis'."
905. Nonius p. 340, 21 "Locare, constituere. ... Lucilius lib. xxx 'virtutis HAEC tuae ARTIS ... locantur'."
906. Nonius p. 303, 20 "Ferre, laudare. Lucilius lib. xxx 'et ... ferri'."
907. Nonius p. 275, 2 "Concelebrare, divamare *(diffamare)*, dictum a celebritate. Lucilius lib. xxx 'multis ... concelebrarunt'."
908. Nonius p. 277, 30 "Delica est aperi et explana. ... Lucilius lib. xxx 'nemo ... delicetQUE (*delicietque* Basileenses soli) uti VIA atque videbis'."

900. Lucilium scripsisse *caedunt* non credo. aptius est *foedant.*
903. Potest Lucilius etiam scripsisse *Curati sucis.* * Conf. comm. in Lucr. p. 205.
905. *Virtutisque tuae* Iunius.

praeservit, labra delingit, delenit amore.

si liceat facere et iam hoc versibu' reddere quod do.

non datur. admittit nemo, nec vivere ducunt.

gaudes, cum de me ista foris sermonibu' differs.

et male dicendo in multis sermonibu' differs.

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis

iuratam se uni, cui sit data deque dicata,

sicubi ad auris
fama tuam pugnam clarans allata dicasset,

leonem
aegrotum ac lassum

---

910. Nonius p. 278, 7 "Delenitus, delectatus. ... Lucilius lib. xxx 'praeservit labra DELICIT delenit amore'."
911. Nonius p. 278, 33 "Da, dic. ... Lucilius lib. xxx 'si ... do'."
912. Nonius p. 283, 23 "Ducere, existimare, iudicare. ... Lucilius lib. xxx 'non ... ducunt'."
913. Nonius p. 284, 14 "Differre ... diffamare, divulgare. Lucilius lib. xxx 'gaudes ... differs'."
914. Nonius p. 284, 23 "Differre, dividere vel scindere. ... Lucilius lib. xxx 'et ... differs'."
915. Nonius p. 285, 6 "Durus, nocens. ... Lucilius lib. xxx 'et saevo *ut* duro ... hostis'." Idem p. 388, 15 "Saevum dicitur immite. ... Lucilius lib. xxx 'et ... hostis'."
916. Nonius p. 287, 27 "Dicare, tradere. ... Lucilius lib. xxx 'iuratam ... data ADAEQUAE dicata'."
917. Nonius p. 287, 29 "Dicare, indicare, nuntiare. Lucilius lib. xxx 'sicubi ad auris (*auri* Basileenses soli) ... CLARAM ALLATAM dicasset'."
919. Nonius p. 341, 5 "Lassum dicitur fatigatum. Lucilius lib. xxx 'leonem ... lassum'."

---

910. *delingit* Turnebus.
916. Correxit Ianus Dousa.
918. Lipsius *clarans alata*.

deducta tum voce leo 'cur tu ipsa venire
non vis huc?

'quid sibi vult, quare fit ut intro vorsus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?

quantas quotque modo erumnas quantosque labores
exanclaris

continuo simul ac paulo vehementius aura
inflarit, fluctus erexerit extuleritque.

ipso cum domino calce omnis excutiamus.

quin totum purges devellas me atque deuras,
exultes et sollicites.

omnes formosi fortes tibi, ego improbus. esto.

---

921. Nonius p. 289, 16 "Deductum, diminutum, suppressum. Lucilius lib. xxx 'deducta TUNC ... huc'."
923. Nonius p. 303, 17 "Ferre, dirigere, ducere. ... Lucilius lib. xxx 'quid ... *ut* ad te *spectant* ... vestigia *omnia se* prorsus'." Idem p. 402, 6 "Spectare, dirigere. Lucilius lib. xxx 'quid ... *intra*vorsus *aetate* spectent ... *sed* omnia prorsus'." Porphyrio ad Horatii epist. I, 1, 74, 'quia me vestigia terrent', "Luciliana sunt haec."
925. Nonius p. 292, 13 "Exanclare etiam significat perpeti. ... Lucilius lib. xxx 'quantas QUOQUE ... exanclaris'."
927. Nonius p. 297, 24 "Ecferre, erigere, levare. ... Lucilius lib. xxx 'continuo ... EREXIT (*erexerit* olim impressi) extuleritque'."
929. Nonius p. 298, 31 "Excutere, excludere, deicere. ... Lucilius lib. xxx 'ipso ... excutiamus'."
930. Nonius p. 300, 28 "Exultare est gestu vel dicto iniuriam facere. Lucilius lib. xxx 'quin ... *debellas* (*delellas* Leidensis et Genevensis) ... exultES sollicites'."
932. Nonius p. 306, 19 "Fortis etiam dives. ... Lucilius lib. xxx 'omnes ... *ergo* ... esto'." Idem p. 327, 14 "Improbum, turpe. Lucilius lib. xxx 'omnes ... esto'."

---

925. *quotque* Ianus Dousa.

quantum haurire animus musarum e fontibu' gestit.

cuius vultu ac facie, ludo ac sermonibu' nostris,
virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

contra haec invitasse aut instigasse videntur.

scito etenim bene longincum mortalibu' morbum
in vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi

et sua perciperet retro rellicta iacere,

improbior multo quam de quo diximus ante,
quanto blandior haec, tanto vehementiu' mordet.

neque barbam immiseris istam

---

933. Nonius p. 317, 6 "Gestire est cupere. Lucilius lib. XXX '*quanto* ... gestit'." Idem p. 319, 16 "Haurire significat exhaurire vel implere. ... Lucilius lib. XXX 'quantum haurire *animas* musarum *et fontia* gestit'."

934. Nonius p. 320, 22 "Honor, praemium. ... Lucilius lib. XXX 'cuius ... reddebamus (*reddamus* omnes ante Basileensem editionem) honorem'." Idem p. 366, 8 "Pretium pro praemio. ... Lucilius lib. XXX 'cuius ... *ludis* ac ... *reddimus* honorem'."

936. Nonius p. 321, 5 "Invitare apertam habet significantiam. ... Lucilius lib. XXX 'contra ... videntur'."

937. Nonius p. 321, 26 "Invitare significat repleri. ... Lucilius lib. XXX 'CIBO (*cito* Leidensis) BENE ENIM longincum ... se'."

939. Nonius p. 323, 31 "Invadere est appetenter incipere. ... Lucilius lib. XXX 'ut ... vidi'."

940. Nonius p. 326, 32 "Iacet, sordet, neclectus est. Lucilius lib. XXX 'et sua PERCIPERE retro *relicta* iacere'."

941. Nonius p. 327, 11 "Improbum, saevum. ... et Lucilius lib. XXX 'improbior ... mordet'."

943. Nonius p. 330, 4 "Immittere, dimittere ad prolixitatem. Lucilius lib. XXX 'neque ... istam'."

---

934. * Conf. comm. in Lucr. p. 26.
937. Correxit Muretus.
939. Ianus Dousa *in Caeli pugnos.*
940. *perciperet* Iunius.

quid quaerimus? hac re
inductum, cautum, custoditum,

quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans.

est illud quoque mite malum blandum atque dolosum.

publica lege ut tu mereas, praesto est tibi quaestor.

omnia tum endo mucô videas fervente micare

hoc missum facies, illo me utere libente.

nec vestimentis maculosis cum aspicies te,

quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.

---

944. Nonius p. 330, 16 "Induci est aliquibus fallaciis decipi. Lucilius lib. XXX 'quid quaerimus ACRE inductum CANTU custoditum'."

946. Nonius p. 335, 30 "Lustrare dicimus et scortari, a lustris. ... Lucilius lib. XXX 'quem sumptum (*sumptu* Basileensis editio sola) ... lustrans'."

947. Nonius p. 343, 9 "Mitis est tranquillus et lenis. ... Lucilius lib. XXX 'ET illud ... dolosum'."

948. Nonius p. 344, 23 "Meret, meretur. ... Lucilius lib. XXX 'publica ... UT mereas ... quaestor'."

949. Nonius p. 348, 5 "Micare, per vices sine ordine movere (*moveri*). ... Lucilius lib. XXX 'omnia ... micare'."

950. Nonius p. 348, 21 "Mittere, omittere. ... Lucilius lib. XXX 'hoc ... LIBENTER'."

951. Nonius p. 350, 6 "Maculosum, sordidum, inmundum. Lucilius lib. XXX 'HAEC ... TUM ASPICE ISTE'."

952. Nonius p. 350, 12 "Macula, turpitudo. ... Lucilius lib. XXX 'quem ... notasque'." Idem p. 354, 20 "Nota dicitur probrum. Lucilius lib. XXX 'quem ... notasque'."

---

944. *hac re* Iunius.
945. *cautum* Ianus Dousa.
947. *Est illud* Ianus Dousa. Ianus Guilielmius *iocosum.*
949. Recte Turnebus *endo* μυχῷ.
950. *lubente* Iunius.

vir mare metitur magnum et se fluctibu' tradit.

sic laqueis manicis pedicis mens irretita est.

quanti vos faciant socii, com parcere possint.

uti pecudem te asinumque, ut denique nasci
praestiterit mulum,

producunt me ad te, tibi me haec ostendere cogunt.

quae quondam populi vis aures pectori' rumpit.

sublatus pudor omni', licentia fenu' refertur.

quid servas quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?

quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?

---

953. Nonius p. 350, 18 "Metiri est transmeare. Lucilius lib. xxx 'vir ... magnum EST fluctibus TRADIDIT'."

954. Nonius p. 350, 24 "Manicae, quibus manus vinciuntur. Lucilius lib. xxx 'sic ... est'."

955. Nonius p. 370, 18 "Parcere est veniam dare. ... Lucilius lib. xxx 'quanti ... possint'."

956. Nonius p. 371, 26 "Praestat, utile est. ... Lucilius lib. xxx 'uti pecudem TU ... praestiterit'. M. TULLIUS de senectute" etc.

958. Nonius p. 373, 9 "Producere, foras ducere. ... Lucilius lib. xxx 'producunt ... cogunt'."

959. Nonius p. 382, 21 "Rumpere, defetigare. ... Lucilius lib. xxx 'quae quondam populi ORIS aures PECTORA rumpit'."

960. Nonius p. 385, 24 "Sublatum dicimus remotum. ... Lucilius lib. xxx 'sublatus ... refertur'."

961. Nonius p. 387, 26 "Servare, sollicite et suspiciose observare. Lucilius lib. xxx 'quid ... te'."

962. Nonius p. 420, 21 "Voluter dicitur volvi. Lucilius lib. xxx 'quid ... voluter'."

---

953. *et se* Dousa. *tradit* olim impressi.
955. * Conf. comm. in Lucr. p. 71.
956. *te* Iunius.

idque tuis saevis factis et tristibu' dictis

neu qui te ignaro famulus subducere

anne ego te vacuam atque animosam
Thessalam ut indomitam frenis subigam ante domemque?

'tune iugo iungas me ante et succedere aratro
invitum et glebas subigas proscindere ferro?

sed quid ego haec animo trepidanti dicta profundo?

et mutoni' manum perscribere posse tagacem

quae non spectandi studio, sed ab omini' taetri
impulsu ingressus,

---

963. Nonius p. 388, 23 "Saevum, durum. ... Lucilius lib. xxx 'idque tuis *factis saevis* ... dictis'." Idem p. 409, 9 "Triste, crudele, immite. ... Lucilius lib. xxx '*itaque* tuis sevis factis ... dictis'."

964. Nonius p. 399, 23 "Subducere est surripere. ... Lucilius lib. xxx 'neu ... IGNORO FAMULIS subducere'."

965. Nonius p. 401, 6 "Subigere, mollire vel exercere. ... Lucilius lib. xxx 'AN ego te ACUAM ... tessalam ... domemque'." Idem p. 233, 31 "Anima iterum significat iracundum vel furiosum; unde et animosi dicuntur iracundi. ... Lucilius libro xxx 'atque animosam *thessaliam et ... subigantque domentque*'."

967. Nonius p. 401, 17 "Subigere, cogere. ... Lucilius lib. xxx 'tune ... ferro'."

969. Nonius p. 408, 9 "Trepidare, metuere. ... Lucilius lib. xxx 'sed ... *trepidante* ... profundo'."

970. Festus p. 359, 13 et Paulus p. 154 "Tagax, furunculus, a tangendo. cuius vocabuli Lucilius meminit, 'et mutonis ... tagacem (*tagem* Festus)'." Nonius p. 408, 31 "Tangere etiam circumvenire. ... Lucilius lib. xxx 'et *musconis manu* perscribere *posset aiacem*'."

971. Nonius p. 413, 13 "Taetrum dicitur illuviosum, factidum. ... Lucilius lib. xxx 'quae non EXPECTANS (*spectans* Leidensis et Genevensis) SPECTANDI studio SE ab *hominis* (*ominis* Genevensis, *hominibus* Guelferbytanus) ... ingressus'."

---

970. Manum, puto, quae quaerat tangere mutonem.
971. Correxit Ianus Guilielmius.

haec tu me insimulans nonne ante in corde volutas?

Calvu' Palatina quidam, vir non bonu' bello,

[sensu] nutricatu' [sine] caput opprimit ipse.

quid dare, quid sumpti facere ac praebere potisset.

inberbi androgyni, barbati moechocinaedi,

Maximu' si argenti sescentum ac mille reliquit,

nolito tibi me male dicere posse putare.

aut cum iter est aliquo et causam conmenta viai,
aut apud aurificem, ad matrem, cognatam ad amicam,
aut operatum aliquo celebri cum aequalibu' fano,

---

973. Nonius p. 420, 25 "Volutare, cogitatione perquirere. ... Lucilius lib. XXX 'haec ... INSIMILAS ... volutas'."
974. Nonius p. 462, 27 "Bonus et fortis et pius dici potest. Lucilius lib. XXX 'calvus PALLANTINO quidam vir NOBILIS bonus bello'."
975. Nonius p. 478, 26 "[Nutritur et] nutricatur pro [nutrit et] nutricat. ... Lucilius lib. XXX 'sensu *ni*tricatUM sine ... ipse'."
976. Nonius p. 484, 30 "Sumpti pro sumptus. ... Lucilius lib. XXX 'quid ... potisset'."
977. Nonius p. 493, 26 "Inverbi pro inverbis *(inberbes)*. Lucilius lib. XXX '[maximus si argento] *inverbi* ... moechocinedi'."
978. Nonius p. 493, 31 "Sescentum pro sescentorum. Lucilius lib. XXX 'maximus si ARGENTIS (*argenti* olim impressi) ... reliquit'."
979. Nonius p. 505, 20 "Nolito pro noli. Lucilius lib. XXX 'nolito ... putare'."
980. Nonius p. 522, 19 "Apud, ad. Lucilius lib. XXX 'aut cum ... conmenta VI aut apud ... amicam'."
Idem p. 523, 18 "Operari est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare, vel convivari. ... Lucilius lib. XXX 'aut OPERAT aliquo (addit *in* Leidensis) ... fano'."

---

974. *Palatina* Fruterius. * Conf. comm. in Lucr. p. 37.
980. *viai* Lipsius.

quis totum scis iam corpus perolesse bisulcis

non numquam dabit ipsa aetas quod prosit habendo.

Arabus [artemo]

I—XXV. XXX

* 'Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum,
municipem Ponti, Tritanni, centurionum,
praeclarorum hominum ac primorum signiferumque,
maluisti dici. Graece ergo praetor Athenis,
id quod maluisti, te, cum ad me accedi', saluto:
chaere, inquam, Tite. lictores, turma omni' cohorsque
'chaere, Tite'. hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus.

---

983. Priscianus p. 872 "Et similiter redoleo et redolevi et redolui, quia non mutant significationem. ... Lucilius vero in XXX 'quis ... CORPUS IAM ... bisulcis', pro perolevisse."
984. Iunius Philargyrius ad georgicon III, 159 'Et quos aut pecori malint submittere habendo'. "Habendo, id quod habetur. Lucilius in XXX 'nonnunquam ... POSSIT habendo'."
985. Charisius p. 99 "Arabis Maro ... quid ergo, si sic declinavit ut Plautus in Bacchidibus et in Poenulo 'Arabus myrrhinus, odor Arabus'? Lucilius XXX 'arabus artemo'. denique et G. Cassius in epistula quam de Dolabella scripsit 'Arabi mirifico animo erga nos fuerunt' inquit."
986. Cicero de fin. bon. et mal. I, 3, 9 "Res vero bonas, verbis electis graviter ornateque dictas, quis non legat? nisi qui se plane Graecum dici velit, ut a Scaevola est praetore salutatus Athenis Albucius. quem quidem locum cum multa venustate et omni sale idem Lucilius, apud quem praeclare Scaevola 'Graecum ... chere (*care* codex Erlangensis) ... omnis CHORUSQUE ... inimicus'."

---

984. * Conf. comm. in Lucr. p. 212.
985. *artemo* in versum hexametrum intrare non potest. neque epitheton artemoni convenire puto.
991. *cohorsque* Manutius.

* 'quam lepide lexeis compostae ut tesserulae omnes
arte pavimenti atque emblemate vermiculato.

* 'Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.

* quibu' vinum
defusum e pleno sit hirsizon cui nil
dum sit vis et sacculus abstulerit

---

993. 995. Cicero de oratore III, 43, 171 "Collocationis est componere et struere verba sic ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. in quo lepide soceri mei persona lusit is qui elegantissime id facere potuit, Lucilius: 'quam lepide lexeis (*ex is* codex Abrincensis: in aliis aliter peccatum est) compostae (codices fere *compositae*) ... arte *pavimento* ... vermiculato'. quae cum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit: 'Crassum ... ne rhetoricotero' tu sis (*ne rhaetorico te rufius eis* codex Abrincensis: in aliis alia vitia sunt)'." Nonius p. 188, 24 "Vermiculatim (sic Basileenses: *Vermiculatum* olim impressi) pro minuto. Cicero de (*in* Basileenses) oratore lib. III 'lexis *conposui et* ut tessurulae (sic Basileenses: emendate olim impressi) omnes arte *pavimento* atque emblemate vermiculato'." Cicero in oratore 44, 149 "... quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola, 'quam lepide λέξεις compostae ... arte *pavimento* ... vermiculato'." Idem in Bruto 79, 274 "nullum nisi loco positum et tamquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum verbum videres." Plinius hist. nat. XXXVI, 25, 61 "Frequentata vero pavimenta ante Cimbricum (bellum) magna gratia animorum indicio est Lucilianus ille versus 'arte *pavimenti* (sic codex Bambergensis aliique: alii *pavimenta*) ... vermiculato (*vermiculatos* Bambergensis)'." Quintilianus IX, 4, 113 "... si quidem relicto rerum pondere ac nitore contempto tesserulas, ut ait Lucilius, struet et vermiculate inter se lexis committet'."

996. Cicero de fin. bon. et mal. II, 8, 23 "Mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem, quibus 'vinum defusum e pleno sit hirsizon (sic codex Palatinus primus, *hrysizon* Erlangensis, *hirsiphon* alii)', ut ait Lucilius, 'cui nihil dum sit vis et sacculus abstulerit', adhibentes ludos et quae sequuntur ..." Grammaticus de generibus nominum a M. Hauptio editus p. 98 "Saccus generis masculini, ut Varro 'vinum cui nihil sacculus abstulit'."

---

995. * Conf. comm. in Lucr. p. 29 et 272.

* o lapathe, ut iactare, nec es sati' cognitu' qui sis!
in quo Laeliu' clamores, σοφὸς ille, solebat
edere, conpellans gumias ex ordine nostros.
'o Publi, o gurges, Galloni, es homo miser' inquit.
'cenasti in vita numquam bene, cum omnia in ista
consumis squilla atque acipensere cum decumano'.

* bene cocto,
condito, sermone bono, et, si quaeri', libenter.

* quid decius nuculam an confixum vis facere inquit.

---

999. 1005. Cicero de fin. bon. et mal. II, 8, 24. 25 "Nec ille, qui Diogenem Stoicum adulescens, post autem Panaetium audierat, Laelius, eo dictus est sapiens quod non intellegeret quid suavissimum esset (nec enim sequitur ut, cui cor sapiat, ei non sapiat palatus), sed quia parvi id duceret. 'o lapathe ... necessatis cognitu qui sis ... gumias (sic Palatinus primus, *grumas* Erlangensis, *gumas* alii) ex ordine nostros'. praeclare Laelius, et recte σοφός. illudque vere 'o Publi ... acipensere (*accubans aere* Palatinus primus, *accubant aere* Erlangensis) cum decumano'. is haec loquitur qui, in voluptate nihil ponens, negat eum bene cenare qui omnia ponat in voluptate: et tamen non negat libenter umquam cenasse Gallonium (mentiretur enim), sed bene. ita graviter et severe voluptatem secernit a bono. ex quo illud efficitur, qui bene cenent, omnes libenter cenare, qui libenter, non continuo bene. semper Laelius bene. quid bene? dicet Lucilius: 'cocto, condito'. sed cedo caput cenae: 'sermone bono'. quid ex eo? 'si quaeris, libenter': veniebat enim ad cenam ut animo quieto satiaret desideria naturae."

Acro ad Horatii sermonum II, 2, 47 'Galloni praeconis erat acipensere mensa Infamis'. "Gallonius quidam fuit praeco, qui habebat apparatum convivium. quem Lucilius etiam pulsat. hic etiam acipenserem suis conviviis exhibebat." Cicero epist. ad Atticum XIII, 52 "Itaque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipare sane et apparate, nec id solum, sed 'bene cocto, condito, sermone bono, et, si quaeris, libenter'."

1007. Cicero de oratore II, 62, 253 "Ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita, non in re ... ut illud Africani, quod est apud Lucilium, 'quid ... inquit'."

---

999. * Conf. comm. in Lucr. p. 29.

*
quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper.

*
Tubulus si Lucius umquam,
si Lupus, aut Carbo, Neptuni filius,

has, Aeli, res ad te scriptas misimu', Luci.

Corneliu' Publiu' noster
Scipiadas, dicta Apulu' dum usque intorquet in ipsum,
oti a deliciis, Luci, effeto atque cinaedo et
sectatori adeo ipse tuo quae rectiu' dicas,
ibat forte domum. sequimur multi atque frequentes.

*
Granius autem
non contemnere se et reges odisse superbos.

1008. Cicero de oratore III, 23, 86 "Magister hic Samnitium summa iam senectute est et quotidie commentatur; nihil enim curat aliud. atque velocius (*at Q. Velocius* Victorius) puer addidicerat: sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium, 'quamvis ... cuivis (libri *cuivis, civis, cuius, civibus, causis*) satis asper'; sed plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari."

1010. Cicero de natura deorum I, 23, 63 "Quid de sacrilegis, quid de impiis periurisque dicemus? 'Tubulus si Lucius umquam, si Lupus aut Carbo AUT Neptuni filius', ut ait Lucilius, putasset esse deos, tam periurus aut tam impurus fuisset?"

1012. Scriptor rhetoricorum ad Herennium IV, 12, 18 "Et, si verborum traiectionem vitabimus, nisi quae erit concinna, qua de re posterius loquemur; quo in vitio est Lucilius assiduus, ut hoc est in *priore* (immo *primore*) libro, 'has RES ad te scriptas LUCI misimus AELI'."

1013. Festus p. 294, 26 "Scurrae vocabulum Verrius ineptissime aut ex Graeco tractum ait ... aut a sequendo; cui magis adsentitur, quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui qui honoris gratia persequerentur quempiam, non ante cedere sed sequi sint soliti, quia videlicet dicat Lucilius 'Cornelius P. noster Scipiadas DICTO TEMPUSque intorquet ... oti ET DELICIS luci EFFICTAE ... adeo IPSI SUO QUO rectius dicas ... frequentes'; cum secutos videri velit ob eorum iurgia, non ob adsuetum officium."

1018. Cicero ep. ad Atticum VI, 3, 7 "Tibi autem valde solet in ore esse '*gravius* (*Granius* Corradus) autem ... superbos'." Ibidem

---

1010. Alterum *aut* delevit Scaliger.

*sustineas currum, ut bonu' saepe agitator, equosque

1020ᵃ virtus, Albine, est pretium persolvere verum
queis in versamur, queis vivimu' rebu' potesse,
virtus est homini scire id quod quaeque habeat res,
virtus scire homini rectum utile quid sit honestum,
quae bona quae mala item, quid inutile turpe inhonestum,
virtus quaerendae finem re scire modumque,
virtus divitiis pretium persolvere posse,
virtus id dare quod re ipsa debetur honori,
hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
contra defensorem hominum morumque bonorum,
magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum,
commoda praeterea patriae sibi prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

1020ᵇ nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto
totus item pariterque die populusque patresque
iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
verba dare ut caute possint, pugnare dolose,
blanditia certare, bonum simulare virum se,
insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

II, 8, 1 "Et scito Curionem adulescentem venisse ad me salutatum. valde eius sermo de Publio cum tuis litteris congruebat; ipse vero mirandum in modum 'reges odisse superbos'." Confer XI, 342.

1020. Cicero ep. ad Atticum XIII, 21, 3 "Nec est melius quicquam quam ut *Lucullus* (*Lucilius* Malaspina) 'sustineas ... equosque'." Confer Acad. prior. II, 29, 94 "Nihil me laedit, inquit, ego enim ut agitator callidus prius quam ad finem veniam, equos sustinebo, eoque magis, si locus is, quo ferentur equi, praeceps erit."

1020ᵃ. Lactantius instit. VI, 5, 2 "Quaecunque autem in definitionem virtutis solent dicere, paucis versibus colligit et enarrat Lucilius; quos malo equidem ponere, ne dum multorum sententias refello sim longior quam necesse est: 'virtus ... nostra'." Confer ibidem c. 6, 7. 10. 18.

1020ᵇ. Lactantius instit. V, 9, 20 "Sed et Lucilius tenebrosam istam vitam circumscripte breviterque depinxit his versibus 'nunc ... totus item (*toto itidem* Ianus Dousa) ... omnes'."

1020ᵃ. De v. 6 confer ad v. 33 et 223 et 887.

hunc catapiraten puer eodem deferat unctum,
plumbi pauxillum rodus linique metaxam.

mantica cantheri costas gravitate premebat.

Campana Căpua

ante fores autem et triclini limina quidam,
paedica Tiresiae, tussi grandaevu' gemebat.

uxori legata penus

si facies facie praestat, si corpore corpus,

consilium patriae legumque oriundu' rogator

1021. Isidorus orig. xix, 4, 10 "Catapirates, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo temptatur. Lucilius 'hunc *catapiratem* ... unctum ... metaxam'." (sic Arevalus: Otto cum Lindemanno desipere maluit.) Festus p. 265, 13 "Rodus vel raudus significat rem rudem et imperfectam. ... vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius, cum ait 'plumbi *paxillum* ... *matexam*', sed etiam pro signato ..." (iii ?)

1023. Porphyrio ad Horatii serm. i, 6, 106 et commentator Cruquianus p. 375ᵇ "Mantica pera est. sed hoc ex Luciliano illo sumptum est, 'mantica *cantari* (*cantherii* Cruq.) ... *premebant* (*premebat* Cruq.)'." (iii ?)

1024. Porphyrio ad Horatii serm. i, 6, 68 et commentator Cruquianus p. 374ᵇ "Lustra autem mala perpetuo epitheto dixit: nec enim sunt bona, ut ad discretionem eorum mala dixerit. sic dicitur (*sic et* Cruq.) a Plauto 'Athenis Atticis (*Athenae Atticae* Cruq.)' et a Lucilio 'Campana Capua'." (iii ?)

1025. Donatus ad Terentii Eunuchum ii, 3 p. 131 "Gemens autem ob continuam tussim. sic Lucilius 'ante ... PERDITUS TYRESIA tussi (haec tria vocabula absunt olim impressis) ... gemebat'." (v ?)

1027. Servius ad Aeneidos i, 703 "Feminino Lucilius posuit 'uxori legata penus'." (xvi ?)

1028. Nonius p. 371, 18 "Praestare, antecellere. ... Lucilius lib. *xxvii* 'si FACIES praestat (sic Basileensis editio: Iunius et Mercerus addunt *facie*) ... corpus'." (xvii ?)

1029. Nonius p. 383, 13 "*Rogare*, instituere. ... Lucilius lib. *xxvii* 'consilium ... *progator* (*rogator* Genevensis)'." (xvii ?)

ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus,
qua varicosu' [vatax]

nunc tu
contra venis, vel qui in nuptis belle esse neges te;
nec sine pernicie.

omnia, viscatis manibus leget, omnia sumet,
omnia, crede mihi, presse res auferet omnis.

hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
pectore marmoreo.

quaeque aspectu sunt spurca et odore

tantis e tenebris montes se in aethera tollent.

haec tu conventus tela insidiisque loca vim.

1030. Nonius p. 25, 15 "*Vatrax* et *vatricosus*, pedibus vitiosis. Lucilius lib. *xxviii* 'ut si ... quintus VACAX qua *varicosus vatax*'." (xviii ?)

1032. Nonius p. 153, 17 "Permities (*Pernicies*), periculum, exitium. Lucilius lib. *xxviii* (*xxviiii* Leidensis?) 'nunc tu ... NUPTIIS VELSESE neges (*neces* Leidensis?) ... PERMITIAE (*pernicie* olim impressi)'." (xviii ?)

1035. Nonius p. 332, 30 "Legere surripere significat. ... Lucilius lib. *xxviii* 'omnia ... leget'." Idem p. 396, 4 "*Sumere* est accipere, tollere. ... Lucilius lib. *xxviii* 'omnia ... leget OMNIA crede mihi PRESSE auferet omnis'." (xviii ?)

1037. Nonius p. 391, 25 "Stare, erigi, prominere. Lucilius lib. *xxviii* 'hic ... papyllas ... marmoreo'." (xviii ?)

1039. Nonius p. 394, 24 "Spurcum etiam fetidum. ... idem lib. *xxviii* 'quaeque ... odore'." (xviii ?)

1040. Nonius p. 407, 3 "Tollere est elevare. ... Lucilius lib. *xxviii* 'tanti se TEMPORIS montes ET FAETERA tollent'." (xviii ?)

1041. Nonius p. 271, 22 "Convenire, interpellare. ... Lucilius lib. *xxviiii* 'haec tu ... insidiisque LOCAVI'." Idem p. 340, 25 "Locare, parare. Lucilius lib. *xxviii* 'haec *tum* ... *insidiaeque* LOCAVI'." (xviii an xix ?)

1035. *sumet* olim additum. *presse res* Popma.

paulisper. comedent iam eadem haec se, ut polypus, ipsa.

praeterea ut nostris animos attendere dictis
atque adhibere velis,

at non sunt similes neque dant. quid, si dare vellent?
acciperesne? doce.

ubi erat kopióses
eicere istum abs te quam primum et perdere amorem.

qui et poscent minus et praebebunt rectiu' multo
et sine flagitio.

vidimus evinctum thomice cannabina.

1042. Nonius p. 220, 3 "Polypus generis feminini. Lucilius lib. *xxviiii* 'paulisper CUI MEDEMPTIA MEDEM haec ... ipsa'." (XIX?)

1043. Nonius p. 238, 11 "Attendere est intendere. ... Lucilius lib. *xxviiii* 'praeterea ut NOSTROS ... attendere DE RE dictis ... velis'." (XIX?)

1045. Nonius p. 290, 2 "Docere, dicere. Lucilius lib. *xxviiii* 'at ... quid SINT dare vellent ACCIPERISNE doce'." (XIX?)

1047. Nonius p. 300, 20 "Eiectum dictum exclusum. ... Lucilius lib. *xxviiii* 'ubi erat SCOPIOS (*scopiose* Genevensis) eicere ... amorem'." (XIX?)

1049. Nonius p. 313, 16 "Flagitium veteres vitium quod virgini infertur dici voluerunt. flagitium, periculum. Lucilius lib. *xxviiii* 'quIETE poscentE minus et PRAEBUNT (olim impressi *praeeunt*) ... flagitio'." (XIX?)

1051. Festus p. 356, 3 et Paulus p. 154 "Thomices Graeco nomine appellantur et cannabi impolito et sparto leviter tortae restes, ex quibus funes fiunt." tum Festus "Lucilius 'vidimus ———— abina'." (XXII?)

1042. Scaliger *Paulisper comedens edet haec se, ut polypus, ipsa.* idem Alcaei comici verba attulit ex Athenaeo p. 316 c, *ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὥσπερ πουλύπους.*
1043. *nostris* Iunius et Mercerus. *de re* olim deletum.
1045. *quid si* et *acciperesne* olim impressi.
1049. Correxit Mercerus.
1051. Fulvius Ursinus *vidimus vinctum Thomice cannabina.*

cum manicis catulo collarique, ut fugitivum,
deportent.

servandi Numeri, numerum ut servemu' modumque

ἄλγε' ἔθηκεν

Hymnidis ex facie florem delegeris.

1052. Nonius p. 36, 25 "Collare est vinculi genus, quo collum adstringitur. Lucilius lib. *xxix* 'cum ... COLLAREQUE ... DEPORTEM'." Nonius hunc versum apponit inter medios versus ex libro XXX sumptos.

1054. Charisius p. 60 "Lucius Aemilius ... [Lucilius per unum i] genetivum scribi posse existimat. ait enim 'servandi numeri numerum ut servemus [modumque].' nunquam enim hoc intulisset, nisi et numerum *(Numerium)* per i huius [Numeri] faciendum crederet. denique et in libro IIII (immo *nono;* vide v. 315) ... (ita haec in codice scripta esse testatur H. Keilius in observationibus criticis in Catonem et Varronem p. 96. uncis inclusi quae recisa sunt)." Caesellius Vindex p. 2318 "Quod ipsum Lucillius annotavit cum a numero Numerius discerneret." Beda p. 2373 "Nisi forte regulam Lucilii secuti sunt, qui *Lucilium* et Aemilium, et cetera nomina quae i ante u habent, non solum in vocativo sed et in genitivo casu per unum i scribi posse existimavit." (I–XXV, et sic semper usque ad v. 1075.)

1055. Servius ad Aeneidos x, 623 'meque hoc ita ponere sentis.' "Ponere, facere vel, ut quidam volunt, constituere et decernere. ... sane ponere facere, sicut Lucilius Homerum secutus ait *ἄλγ' ἔθηκεν*, id est fecit."

1056. Donatus ad Terentii Eunuchum IV, 4 p. 162 "Quem tu videre vero velles, Phaedria. ... Lucilius in satyra *at* (legendum puto *ait*) 'hymnidis (sic, *in satyra athymnidis,* codex Lindenbrogii, qui haec addit, 'in Pith. cod. adnotatum erat *in Satyra Atti. diligens*': olim impressi *in saty. Athinnidi sacci*) ex facie florem (olim impressi partim sic, partim *ex f. fl.*) delegeris'."

1052. *collarique* Iunius.
1054. *modumque* Ianus Dousa. Haec ut recte intellegantur, in hanc fere sententiam supplenda sunt. *'memento Servandi Numeri', numerum ut servemu' modumque, Dicimu': quod si alio pacto nomen paterentur Versus, dixissem 'servandum tute memento.'* * Conf. comm. in Lucr. p. 329.

vicimus, o socii, et magnam pugnavimu' pugnam.

quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto.

anu noceo' inquit.

1060 quis hunc currere ecum nos atque equitare videmus,
his equitat curritque. oculis equitare videmus:
ergo oculis equitat.

1062a Fanni centussi' misellus

1057. Donatus ad Terentii Eunuchum v, 2 p. 183 "Dabit hic aliquam pugnam denuo. Pro stupro ... ut Lucilius 'vicimus ... pugnam'." Idem ad Adelphos v, 3 p. 312 "Pugnaveris. Magnam rem feceris. sic Lucilius 'vicimus *ocius* (*o cives*?) et ... pugnam'." Idem ad eandem v, 4 p. 324 "Vitam duram quam vixi. ἀρχαϊσμός, ut Lucilius 'magnam ... pugnam'."

1058. 1059. Gellius iv, 16 "Sicut Lucilius in eodem casu victu et anu dicit, non victui nec anui, in hisce versibus, 'quod ... honesto', et alio in loco 'anu noceo, inquit'." Nonius p. 501, 23 "Ablativus pro dativo. Lucilius 'quod ... *dictu praepones* honesto'."

1060. Gellius xviii, 5 "Pleraque enim veterum aetas et hominem equo insidentem et equum qui insideretur equitem dixerunt. propterea equitare etiam, quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est, et homo equo utens et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo, vir adprime linguae Latinae sciens, equum equitare dicit his versibus. 'quis *hinc* currere equum ... oculis equitat'." hinc Nonius p. 106, 32 "Equitare quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis secum (*ecum*) insidentis, 'quis hunc currere ecum *non aquae* equitare *videbat* ... curritque oculis'."

1062a. Gellius ii, 24 "Sed post id senatus consultum lex Fannia lata est, quae ludis Romanis, item ludis plebeis et Saturnalibus et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos aeris insumi concessit decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem omnibus diebus denos. hanc Lucilius poëta legem significat, cum dicit 'Fanni centussis MISELLOS.' in quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris statutos." Macrobius Sat. iii, 17, 5 "Fannia autem etiam sumptibus modum fecit assibus centum: unde a Lucilio poëta festivitatis suae more 'centussis' vocatur."

1062a. *centussi' misellus* Ianus Dousa.

b legem vitemus Licini

c uno oculo pedibusque duobus dimidiatus
ut porcus

d quidni? et scruta quidem ut vendat scrutariu' laudat,
praefractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam.

e primum facie quod honestae
tantis accedit

f luna alit ostrea et inplet echinos, muribu' fibras
et pecui addit

g priusquam Theognis nasceretur

1063 vernam ac cercopithecon

nam tam algu atque pigrore malus

1062b. Gellius ii, 24 "Lex deinde Licinia rogata est. ... Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis 'legem vitemus Licini'."

1062c d. Gellius iii, 14 "Dimidium vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato pars altera est. ... itaque Lucilius eadem secutus 'uno oculo' inquit 'pedibusque ... porcus' et alio loco 'quidni ... dimidiatam'."

1062e. Gellius ix, 14 "In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non faciei, uti nunc dicitur, sed facie dixerunt. Lucilius in satiris 'primum inquit facie quod honeste tantis accedit'."

1062f. Gellius xx, 8 "Cum quaereremus quae alia item senescente luna tabescerent, nonne Lucilium inquit nostrum meministis dicere 'luna ... addit'."

1062g. Gellius i, 3 "Hoc profecto nemo ignoravit etiam 'priusquam Theognis', ut Lucilius ait, 'nasceretur'."

1063. Nonius p. 43, 15 "Vernas veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati, et habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. ... Lucilius 'VERNA accer CUPIT hecon'."

1064. Nonius p. 72, 11 "Algu pro algore. ... Lucilius 'NAN (*nam* impressi) tam algu atque NIGRORE MAIUS'."

1063. Correxit Mercerus.

camphippelephantocamelos

aurum atque ambitiost: specimen virtutis utrimque est:
tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis.

principio exitu' dignus
exodiumque sequetur.

gustavi crustula solus

non tango quod avarus homo est, quodque improbu' mitto.

si me nescire hoc nescis quod quaerere dicor,
quare divinas quicquam? a me quaerere debes
ipse; et si scis, quod bonum erit scire, hoc dare tute.

1065. Nonius p. 120, 18 "Hippocampi, equi marini, a flexu caudarum, quae piscosae sunt. et est Graecum. ... Lucilius transverso ordine posuit, 'HIPPOCAMPI *elefantocamillos*'."

1066. Scholiastes Iuvenalis I, 106 "Quid confert. Lucillius 'aurum atque ambitio*sum* specimen virtutis'." Idem ad III, 143 "Quantum quisque sua. Lucillius 'aurum atque AMBITIO specimen ... UTRIQUE est ... habearis'."

1068. Scholiastes Iuvenalis III, 175 "Exodium. Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret, ut quicquid lacrimarum atque tristitiae coegissent ex tragicis affectibus, huius spectaculi risus detergeret. huius et Lucillius meminit, 'principio ... sequetur'."

1070. Scholiastes Iuvenalis IX, 5 "Crustula, species operis pistorii. *Lucullus* (*Lucillus* Sangallensis codex manu prima) '*crustavi* crustula solus', placenta (*id est placentam* Pithoeus)." Porphyrio ad Horatii serm. I, 1, 25 "Crustula et Lucilius dixit, 'gustavi crustula solus'." Ibidem commentator Cruquianus p. 305ª "Sic et *Lucret.* 'gustavi crustula solus'."

1071. Iulius Rufinianus de schematis dianoeas 12 "Antiphrasis est figura sententiae, cum quaedam negamus nos dicere et tamen dicimus; ut apud Lucilium 'non ... avarus MODO est NEQUE QUOD improbus OMITTO'." (II?)

1072. Iulius Rufinianus de figur. sent. et eloc. 30 "Enthymema fit,

---

1065. *camphippelephantocamelos* Ianus Dousa.
1066. Ianus Dousa *utrumque est.*
1071. *homo est quodque* R. Stephanus. *mitto* Fr. Dousa.

id me scire volo dici, mihi conscius ut sim,
ne damnum faciam, scire hoc si nesciar et me
id nisi scire alios scierim scire.

terra abit in nimbos imbremque.

vis est vita, vides, vis nos facere omnia cogit.

ergo praetorum est ante praeire.

quadranti' ratiti

quid tibi ego ambages Ambivi scribere coner?

---

cum periodos orationis ex contrariis sententiis astringitur. apud Lucilium 'si me ... quod quaerere DICO ... quicquam AUT QUARE debes ipse et si scis q. b. e. scire hoc d. t.'."

1075. Glossae Persii ad I, 27, usque adeone Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter? "Haec periodus apud Lucilium posita est 'UT me ... DICIMUS MIMI conscius SUM, ne ... scire hoc SE NESCIT NISI alios ID SCIRE SCIERIT'."

1078. Varro de lingua Latina V p. 12, 2 "(p. 9, 38) Terra, ut putant eadem et humus. ... humor hinc. itaque ideo Lucilius 'terra *abiit* ... imbremque'." (I-XXV. XXX. et sic deinceps)

1079. Varro de lingua Latina V p. 18, 19 "Poëtae de caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare ac natam e spumis Venerem, coniunctione ignis et humoris quam habent *(habeat)*, vim significant esse veris *(Veneris)*. a qua vi natis dicta vita, et illud a Lucilio, 'vis est ... cogit'."

1080. Varro de lingua Latina V p. 22, 13 "Praetor dictus qui praeiret iure et exercitu. a quo id *(ait)* Lucilius 'ergo praetorum est ante ET *preire*'."

1081. Varro de lingua Latina V p. 50 "Velabrum a vehendo. velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt. merces [dicitur a merendo et aere] huic vecturae, quî ratibus transibant, quadrans. ab eo Lucilius scripsit 'quadrantis ratiti'." confer Festum et Paulum in Ratitum quadrantem.

1082. Varro de lingua Latina libro VII p. 71, 6 "Apud Lucilium 'quid ... AMBIU (impressi *Ambivi*) ... coner'. profectum a verbo ambe, quod inest in ambitu et ambitioso."

1080. *et* olim deletum.

nequam et magnus homo, laniorum immani' canes ut.

occidunt, lupe, saperdae te et iura siluri.

atque aliquos illi ab rebus clepsere foroque.

Cecilius pretor ne rusticu' fiat.

quantum hinnitum atque equitatum

1083. Varro de lingua Latina libro VII p. 71, 25 "Dicta enim apud veteres una canes. itaque Ennius scribit..., Lucilius 'nequam ... IMMANES canes ut'."

1084. Varro de lingua Latina libro VII p. 74, 8. 9 "Apud Lucilium ... et 'occidunt *lupes aper de* te ... siluri' ... piscium nomina sunt, eorumque in Graecia origo."

1085. Varro de lingua Latina libro VII p. 80, 18 "Apud *Lucretium* 'atque aliquos IBI ... foro *qui*'. clepsere dixit unde etiam alii clepere (legendum *alii clepĕre, a clēpere*), id est corripere. quorum origo a clam, ut sit dictum clapere, unde clepere, E ex A (Florentinus *et ex ea*) commutato, ut multa. potest vel a Graeco dictum cleptin clepere."

1086. Varro de lingua Latina libro VII p. 80, 32 "In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt sceptrum, (adde *scaeptrum alii,*) alii Plauti f^a^eneratricem alii f^o^eneratricem (immo *feneratricem*), sic f^a^enisicia ac foenisicia *(fenisicia)*, ac rustici Pappum maesium non moesium (puto *Pappum mestum, non maestum*). a quo Lucilius scribit '*cecilius* ne rusticus fiat'." Diomedes p. 447 "Detractionis species sunt aeque quattuor, detractione temporis, litterae, syllabae, aspirationis. ... litterae, ut siquis detracta a littera pretor dicat, ut Lucillius '*pretor* ne rusticus fiat', cum debeat ae pronuntiari praetor, sed structurae gratia syllaba longa corripitur." (IX?)

1087. Varro de lingua Latina libro VII p. 81, 32 "Multa ab animalium vocibus tralata in homines; partim quae sunt aperta, partim obscura. perspicua ut ... eiusdem 'quantum ... equitatum'."

1083. Olim correctum.
1084. Turnebus restituit.
1085. *foroque* Scaliger.
1086. De correptione Diomedes fallitur.

decusis,
sive decusibus est.

pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
addas, empleuron, mamphulas quae sciat omnis.

nunc ad te redeo, ut quae res me impendet agatur.

nequam aurum est, auris quoivis vehementius ambit.

prima, Papiria, tu stolidarum ....

1088. Varro de lingua Latina libro IX p. 117, 38 "Etiam illud putant esse causae cur non sit (addit *in* Florentinus) analogia, quod Lucilius scribit 'DECUIS sive decusibus est'. qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque. ... ab tressibus virilia multitudinis 'hi tresses' et 'his tressibus confido', singulare 'hoc tressis habeo' et 'hoc tresis confido'. sic deinceps ad (Florentinus *a*) centussis."

1090. Festus p. 142, 4 "Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano ante quam percoquatur decidit in carbones cineremque. cuius meminit Lucilius, 'pistricem VALIDA ... omnis'." Varro de lingua Latina libro V p. 140 "Inde post in urbe Lucili pistrina (XVI, 449) et pistrix."

1092. Festus p. 161, 8 "Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius ... et Lucilius 'nunc ... agatur'."

1093. Festus p. 165, 11 "Nequam ... QUOD vis ... ambit'. hoc versu Lucili significari ait Sinnius Capito nequam esse aurum, quod auris laedat, vel pondere inauriuin, cum mollissima pars auris inciditur: vel ex auro intellegi pecuniam, cuius respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci."

1094. Scholiastes Bobiensis ad Plancianam Tullii p. 254, 17 Orelli "Tusculani plurimum livoris naturaliter etiam circa municipes suos habuisse videntur. sic et M. Cato ille censorius pro maligno et invido habitus est. nec aliter etiam Lucilius de eorundem moribus sentit, hoc dicens 'prima ... SOLIDARUM'." addit Maius 'Sequitur autem versiculus Graecus oblitteratus'.

1088. Haec emendatissime scripta Müllerus barbara fecit imperite corrigendo. Gronovius in pecunia vetere p. 38 non peccavit, sed fefellerunt eum exemplaria impressa.
1090. *validam* Scaliger.
1094. Horatius sermonum II, 1, 69 "Primores populi arripuit populumque tributim." Scholiastes Persii I, 115 "Urbem autem ideo dixit secuit, quia tribus omnes triginta quinque laceravit, ex quibus urbs tota constat."

1095 Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente.

sicut mechanici cum alto exiluere petauro,

ut petimen naso aut lumbos cervicibu' tangat.

Gaï pes vocem mittere coepit.

pro obtuso ore pugil piscinensis reses

1100 quod .... adeptus

iactans me ut febris querquera .....
.... ret

querquera consequitur capitisque dolores

1095. Festus p. 194, 5 "Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens, quod est in agro Privernate mare intra *(inter)* et Taracinam. *Lucretius* 'Priverno *oufendina* ... oufente'."

1096. Festus p. 206, 26 "Petauristas Lucilius a petauro appellatos existimare videtur, quom ait 'SICUTI ... petauro'."

1097. Festus p. 209, 3 "Petimina in his (*humeris* Paulus) iumentorum ulcera et vulgo appellant et Lucilius meminit, quom ait 'ut ... tangat'."

1098. Festus p. 210, 30 "Pedarium senatorem significat Lucilius, quom ait 'AGIPES ... coepit'. qui ita appellatur, quia tacitus, transeundo ad eum cuius sententiam probat, quid sentiat indicat." (xxx?)

1099. Festus p. 213, 5 "Piscinae publicae hodieque nomen manet, ipsa non extat. ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. unde Lucilius ait 'pro ... PISCINIENSIS reses'."

1100. Festus p. 257, 23 in Quintanam classem "..cilius sic meminit 'quod ——— adeptus'."

1101. 1103. Paulus diaconus p. 132 "Querqueram frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius 'iactans ... querquera'. et alibi 'querquera ... dolores'." Festus p. 257, 33 "... 'iactans me ut feb. ——— ret'. alibi 'querque ———'."

1098. O. Müllerus *acipes*, quia apud Paulum est p. 9 *Acupedius dicebatur cui praecipuum erat in currendo acumen pedum.* sed velocitate pedum senatori pedario non magis opus erat quam capite: neque versus est Laberii quem Gellius III, 18 notari iussit, *Caput sine lingua pedarii sententia est.* hunc scripsisse existimo *Sine lingua aput pedarium sententia est,* Lucilium autem sic *Gaï pes vocem mittere coepit.*

1099. *piscinensis* Turnebus. residem pugilem factum dicit prout convenerit esse eum cui os pugnis obtusum esset.

[Rhondes] Icadionque

1105 porro homines nequam, malus ut quartariu', cippos [colligere] omnes.

suda .... remillum

si vero das quod rogat, et si suggeri' suppus,

vasa quoque omnino dirimit non solla dupundi.

1110 pascali pecore ac montano, hirto atque soloce.

ut veles bonu', sub vitem qui subrigit hastas.

1104. Festus p. 270, 4 "Rhondesicadionque cum dixit Lucilius, quo nomina riparum *(cognomina piratarum)* posuit, tam infestum sibi corpus et valitudinem referens, quam levis sed (*quam illi essent* Scaliger) saluti navigantium."

1105. Festus p. 258, 30 "Quartarios appellabant antiqui muliones mercennarios, quod quartam partem quaestuus capiebant. Lucilius 'porro ... omnes'."

1107. Paulus diaconus p. 137 "Remillum dicitur quasi repandum." Festus p. 277, 20 "Re ——— Lucilius 'suda ——— *remilium*', et Afra ——— "

1108. Festus p. 290, 10 "Suppum antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus ... eius vocabuli meminit etiam *Lucius,* 'si ... suggeri (sic) suppus'."

1109. Festus p. 298, 7 "Sollo (sic) Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Lucilius 'SUASA ... non SOLLO dupundi', id est non tota."

1110. Festus p. 301, 10 "Solox lana, crassa, et pecus quod passim pascitur non tectum. ... et Lucilius '*pastali* ... soloce'." Paulus p. 141 "Et Lucilius 'pascali ... *hirco* atque soloce'."

1111. Paulus diaconus p. 143 "Sub vitem hastas iacere dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit. Lucilius 'ut ... qui SUMMISIT

1104. Paulus diaconus p. 78 *Icadion, nomen saevissimi piratae.* Cicero de fato 3, 5, sed e Posidonii libro, *Ne hercule Icadii quidem praedonis video fatum ullum. ... quid mirum igitur ex spelunca saxum in crura eius incidisse?*

1106. Scaliger *collisere.* 'notum est' inquit 'cippos sepulcrorum olim secundum vias publicas fuisse: itaque facile collidebantur a mulis sagmariis, cum ea praeterirent.'

1109. *vasa* Ant. Augustinus, *solla* Ursinus. Ianus Dousa *redimit.*

1111. Ant. Augustinus *subiicit.*

Apuliden, pedibus stlembum,
quem praeclarus helops, quem Aegypto sargu' movebit
varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra
tum spara, tum rumices portantur, tragula porro
qui schedium faciunt inconditum et improbum ....
inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit,

hastas'." Festus p. 310, 2 "Sub vitem ha ——— manu ——— t. Lucilius 'ut ——— m qui SUBSIT has —'."

1112. Paulus diaconus p. 144 "Stlembus gravis, tardus, sicut Lucilius pedibus stlembum dixit equum pigrum et tardum." Festus p. 313, 10 "........ gravis, tar ——— APULIDAE pe ——— cum refer ———"

1113. Festus p. 322, 22 "Sargus, piscis genus, qui in Aegyptio mari fere nascitur. Lucilius 'quem ... movebit'."

1114. Festus p. 329, 30 et Paulus p. 147 "Squarrosos ab eadem squamarum similitudine ait dictos quorum cutis exsurgat ob adsiduam inluviem. Lucilius 'varonum ... rostra'."

1115. Nonius p. 224, 3 "Spari, quod est genus teli, masculino genere ... neutro Lucilius, 'tum spara, tum *rumicis*'." Paulus diaconus p. 135 "Rumex, genus teli simile spari Gallici." Festus p. 270, 17 "Rumex ——— m̄. *(meminit)* Lucili ——— tragula — ." Festus p. 330, 18 et Paulus p. 147 "Spara, parvissimi generis iacula, ab eo quod spargantur dicta. Lucilius 'tum spara, tum *murices* ... porro'."

1116. Festus p. 334, 13 in Schedia, genus navigii inconditum "...... us quoque poëmata ——— is perfectis qui essent ——— cum dixit 'qui schedium fa ———'." Appuleius in floridis p. 364, 34 "Sed ut me omnifariam noveritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, scedio *et* incondito experimini." Petronius 4 "Sed ne me putes improbasse *studium* Lucilianae improbitatis, quod sentio et ipse carmine effingam."

1117. Festus p. 360, 20 et Paulus p. 155 "Tama dicitur cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius 'inguen ... noxit'."

1116. Potuit etiam esse *qui schedium facimus improbum atque inconditum.*

nemo hic vindicias neque sacramenta veretur.
haec te imbubinat, at contra te imbulbitat ille.
palmisque misellam depuviit me.
mantisa obsonia vincit
et pedibus laeva Sicyonia demit honesta.
haec odiosa mihi vitiligo est. 'num dolet?' inquit.
[tierei] Leonidae et [paman]ie Thermopularum.

1118. Festus p. 376, 22 "Vindiciae appellantur res eae de quibus controversia. ... Lucilius 'nemo hic vindicias neque sacra NEQUE NUMEN veretur'." (XXX? confer 860.)

1119. Paulus diaconus ex Festo libro II p. 26 "Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinari (*inquinare* Müllerus). Lucilius 'haec' inquit 'te ... imbulbitat'. imbulbitare est puerili stercore inquinare; dictum ex fimo, quod Graeci appellant *βόλβιτον*." (Confer v. 1049)

1120. Paulus diaconus p. 53 "Depuvere (*Depuvire* Scaliger), caedere. Lucilius 'palmisque misellam depuviit (alii *depuvit*) me', id est verberavit me. quod ipsum ex Graeco, apo tu paein." (XV? cf. v. 420)

1121. Paulus ex Festo libro XI p. 97 "Mantisa additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adicitur, sed deterius et quod sine ullo usu est. Lucilius 'mantisa obsonia vincit'."

1122. Paulus diaconus p. 149 "Sicyonia, genus calciamenti. Lucilius 'et ... honesta'."

1123. Paulus diaconus libro XIX ex Festo p. 159 "Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Graeci *ἀλφὸν* vocant. ... Lucilius 'haec ... inquit'."

1124. Charisius p. 54 "Plus in hac observatione geminadis *(geminatam?)* in masculinis animadvertimus, ut hic Aemilius huius Aemilii, hic Iulius huius Iulii. in vocativo tamen i litteram subtrahimus. nam si o Aemilii et Iulii (*o Aemilie et Iulie* Putschius, recte) dixeris, Graece declinaveris, ut Lucilius 'tierei LEONTADO et pamani (Lindemannus 'In Cod. pro *pomani* legitur aliquid, quod signis typographicis exprimi nequit, atque vel *pumum, pamum,* vel *pamani* vel *pamam* intelligi potest')

1118. Praeclare emendavit Ed. Huschkius.
1119. *ille* Fr. Dousa addidit.
1124. Lindemannus satis superbe 'Ubi *thermopylae* sunt', inquit '*Leonidas* haud longe aberit. Ceterum coniectandi voluptatem ut ne

cum illi fora mirant

viscu' caprugnum

gibbere magno

fici comeduntur et uvae.

adsiduas ficos

exta acceptoris et unguis

plure foras vendunt quod pro .... minore emptum.

ET thermo PULAS'."

1125. Charisius p.55 "Forum neutro genere dicimus locum rebus agendis destinatum, aut cum commercium significamus. et Lucilius 'cum illi fora IRANT'."

1126. Charisius p.63 "Item caprina et apruna *(aprugna)* cur dissimiliter derivetur quaeri solet. quibus respondebimus utrumque per i proferri debere, sed in alio usum u litteram celebrasse; quamvis Lucilius viscus APRUGNUM dixerit."

1127. Charisius p.65 "Gibber ut Verg̃. (*Verrius* Dousa) ait, ipsum vitium dicitur, ut tuber; gibberosus habens gibberem, ut tuberosus. et sane Lucilius ita loquitur, 'gibbere magno'."

1128. 1129. Charisius p. 74 "Haec ficus et hae fici et has ficos facit. genitivus enim singularis huius fici, non huius ficus est. et Lucilius 'fici' inquit 'comeduntur et uvae', et 'adsiduas ficos'." Idem p. 103 "Fici Ennius ... Lucilius 'fici' inquit 'comeduntur et uvae'."

1130. Charisius p. 76 "Acceptor quoque et accipiter. Virgilius enim accipiter dicit, *Lucius* autem 'exta ....'." Franciscus Dousa 'ex optimo veteri libro Charisii' *exta acceptoris et unguis.* de quibus Niebuhrius apud Lindemannum 'fuisse puto, sed sunt evanida'.

1131. Charisius p.84 "Plure aut minore emptum antiqui dicebant. Cicero 'plure venit'. et Lucilius '*plura* foras *venti*'. sed consuetudo pluris et minoris dicit." Idem p. 189 "Plure. Plautus ... Cicero quoque 'plure venit'. Lucilius 'plure foras vendunt, quod pro minore emptum', antique."

---

cui praeripiam, reliqua tacebo.'

1125. *Miras, mira, mirare,* dixit Varro, Pomponius *mirabis.*

1126. Putschius *viscus aprinum non aprugnum.*

1129. Fr. Dousa *asse duas ficos.* Cf. v, 168.

1131. Potest expleri *quod pro re est forte minore Emptum.*

nam vel ut intro aliud longe esse atque intu' videmus,
sic item apud se longe alid est, neque idem valet ad se:
intro nos vocat ad sese, tenet intus apud se.

pedetemptim huc ire salutem

cui, si coniuret, populus vix totu' satis sit.

non laudare hominem quemquam, neque mu facere umquam.

velle tolutim hic semper, iter coepturu', videtur.

et ventrem et gutturem eundem

haerebat mucro gladiumque in pectore totum.

nam, inquimu', mendae
omnibus in rebus fiunt fierique potis sunt.

1133. Charisius p.86 "Intro est in locum, intus in loco dicimus; ut etiam apud Graecos [εισω] εἴσω καὶ ἔνδον. ideoque Lucilius ait 'nam velut ... videmus, SIC apud se longe ALIUD ESSE neque EADEM valet ad TE. intro nos VOCAS *at* sese tenet ....'."

1136. Charisius p. 190 "Pedetemptim. Lucilius 'pedetemptim HUNC RESalutem'."

1137. Charisius p. 193 "Satis diverse accipitur. *ἀντὶ τοῦ* par Lucilius saturarum 'cui ... sit'."

1138. Charisius p.213 "Mu pro mutire. Lucilius saturarum libro 'non ... quenquam neque *um* (in) facere unquam'."

1139. Nonius p. 4, 12 "Tolutim dicitur quasi volutim vel volubiliter. ... idem Lucilius saturarum lib. VIII ... idem 'velle tolutim hic semper INCEPTURUS videtur'."

1140. Nonius p.207, 19 "Guttur neutri est generis. ... masculino Plautus ... Lucilius 'et ... eundem'."

1141. Nonius p.208, 12 "Gladius masculini. neutri Lucilius 'herebat mucro GLADIUM in pectore totum'."

1142. Nonius p.214, 6 "Mendum neutro. ... feminini. ... Lucilius 'nam INQUIBUS ... potis sunt'."

1134. Correxit Ianus Dousa; qui tamen non recte *Sic et apud te longe alid est.*

1139. *Tolutim velle,* scilicet *ire,* quod praetermittitur in artis vocabulo. Varro apud Nonium ibidem *sed ut ecus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro ut equiso* doceat tolutim.

1141. *gladiumque* Ianus Dousa.

magna penus parvo spatio consumpta peribit.
saxa et stridor ubi atquierunt, dum sibilus inflans
Andronius Flacci teget utria
pulchre invitati satis acceptique benigne
durum molle voras, fragmenta interfici' panis.
intereunt, labuntur, eunt rursum omnia vorsum.
armamenta tamen, malum, vela omnia servo:
funis enim praecisu' cito atque anquina soluta.
tertius hic mali superat carchesia summa.

1144. Nonius p.219, 28 "Penus generis feminini. Lucilius 'magna penus *per vos* spatio consumpta peribit'." Priscianus p.713 "Penus quoque et masculinum et femininum et neutrum invenitur teste Donato et Capro. ... Lucilius 'magna ... peribit'."

1145. Nonius p.223, 27 "Sibilum neutro ... masculino ... Lucilius 'saxa ... ATQUEERUNT ... INSTITIS'." (III?)

1146. Nonius p.231, 30 "Utres usu generis masculini tantum modo deputantur. neutri. Lucilius 'Andronius *flacchi* teget utria'."

1147. Nonius p. 321, 20 "Invitare significat repleri. ... Lucilius 'pulchre invitATI acceptique benigne'."

1148. Nonius p.449, 25 "Interfici et occidi et inanimalia veteres posse vehementi auctoritate posuerunt. ... Lucilius 'durum ... interficis (*interficit* Basileenses) panis'."

1149. Nonius p.449, 31 "Interfici et occidi et inanimalia veteres posse vehementi auctoritate posuerunt. ... Lucilius 'intereunt (*intereunti* Basileensis editio) labuntur EUNTUR omnia vorsum'."

1150. Nonius p.536, 7 "Anchorae (*Anquinae* Iunius), vincla quibus antemnae tenentur. Lucilius 'armamenta ... VEL omnia ... atque ANCHORA soluta'."

1152. Nonius p.546, 25 "Carchesia ... summa pars mali, id est foramina quae summo mali funes recipiunt. Lucilius 'tertius ... summa'."

1145. Lipsius *ubi acquierunt, tum sibilus instat* vel *infit*.
1149. Correxit Ianus Dousa.
1150. Correxit Iunius. de *ἀγκοίναις* Böckhius egit de re navali Atheniensium p. 152.

tum laterali' dolor, certissimu' nuntiu' mortis,
a me auxiliatus
carcer, vix carcere dignus.
at [quidem] te, senium atque insulse sophista.
hic e re nata Seius dedit haud male sese.
Myconi calva omni' iuventus.

1153. Maximus Victorinus p.1963 "Similiter Lucilius ait 'tum lateralis dolor, certissimus nuntius mortis' pro 'tum laterali dolor, certissimu nuntiu mortis'."

1154. Priscianus p. 791 "Lucilius 'a me auxiliatus est' passive, *βοηθηθείς*." Idem p. 927 "Auxilior, auxiliatus, ὁ *βοηθήσας καὶ* ὁ *βοηθηθείς*. Lucilius 'a me auxiliatus (Putschius addit *es*, quod Krehlius se delevisse scribit)'."

1155. Donatus ad Terentii Andriam I, 2 p.24 "Carnifex, aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice, ut caro fiat, id est lanietur. Lucilius 'carcer ... dignus'." Idem ad Eunuchum III, 2 p. 143 "Vix aut difficile significat, aut non; ut sit nec hoc. Lucilius 'carcer ... dignus'." Ad eandem IV, 3 p.158 "Scelus. *αὔξησις*· plus enim est scelus quam scelestus. ut Lucilius 'carcer ... dignus'." In Adelphos III, 2 p.275 "Vix sum compos animi. Aut vix tandem, aut vix non, ut Lucilius 'carcer ... dignus'." Ad Phormionem II, 3 p.469 "Ain tandem carcer. Non carcerarium, sed carcerem asperius appellavit. sic Lucilius 'carcer ... dignus', et vix pro non."

1156. Donatus ad Terentii Eunuchum II, 3 p. 128 "Et senex ad aetatem refertur, senium ad convicium. sic Lucilius ait 'at quidem ... sophista'."

1157. Donatus ad Terentii Adelphos III, 1 p.271 "E re nata (*Herae natae* olim impressi hic et infra). Sic proprie (*improprie* olim impressi) dicimus de his quae contra voluntatem nostram acciderunt, ut nunc vitium virginis. ergo e re nata, ex vitio virginis. sic Lucilius p. i i. hic e re nata (haec omnia, *ex vitio ... e re nata,* omittunt olim impressi) SICCIUS (*sic eius* olim) dedit haud MALUS EST'." (XXX? Confer v. 888.)

1158. Donatus ad Terentii Hecyran III, 4 p. 380 "Imperite Terentium de Myconio crispum dixisse aiunt, cum Apollodorus calvum

---

1156. Ianus Dousa *at di te*.

lecti omnes. Atticon hoc est.

anseris herbilis virus

Χῖός τε δυνάστης

resultabant aedesque lacusque.

concilio antiquo sapiens vir solu' fuisti.

"horret ager

horret et alget

velut olim
auceps ille facit cum improviso insidiisque.

---

dixerit; quod proprium Myconiis est, ut Lucilius 'Myconi ... iuventus'; unde etiam proverbium Graecum, *Μυκόνιος φαλακρός*."

1159. Donatus ad Terentii Phormionem I, 2 p. 434 "Lectum est. Absolute: nam non dicit quid, utrum debitum an argentum lectum. Lucilius 'lecti ... est'."

1160. Servius ad Vergilii georg. I, 129 p. 70[d] "Non numquam pro fetore ponitur virus, ut apud Lucilium 'anseris herbilis virus'." Paulus diaconus lib. VIII ex Festo p. 75 "Herbilis anser, herba pastus, qui gracilior est quam frumento altus."

1161. Servius ad Vergilii georg. II, 98 p. 100[c] "Rex ipse Phanaeus. De Lucillio hoc tractum est, qui ait *χῖος τὲ δύνασθαι* (sic Daniel: alii *δυνάστης*), id est *οἶνος*."

1162. Servius ad Aeneidos I, 726 et ex eo Isidorus orig. XV, 8, et XIX, 12 "Laquearibus. Principaliter lacus dicitur; ut Lucillius 'RESULTANT aedesque lacusque'."

1163. Servius ad Aeneidos IV, 458 "Coniugis antiqui. Aut prioris aut cari. Lucilius 'concilio ... fuisti'. antiquus ergo est qui praecedit eum qui praesens est."

1164. Servius ad Aeneidos XI, 602 tum late ferreus hastis Horret ager, campique armis sublimibus ardent. "Horret autem terribilis est. id (*et*?) est versus Ennianus, vituperatus a Lucilio dicente per inrisionem eum debuisse dicere 'horret et alget'. unde Horatius de Lucilio 'Non ridet dicens (sic) versus Ennii gravitate minores?'."

1166. Servius ad Aeneidos XII, 5 "Saucius ille. *κατ' ἐξοχὴν* ille leo, id est princeps ferarum. vel certe veteri more ad magnitudinem

---

1166. *velut olim* Ianus Dousa.

Carpathium Rhodos in pelagus se inclinat apertum.

iudicis Hortensi est ad eam rem nata palaestra.

columnam
Maeniu' cum peteret,

non dum etiam, qui haec omnia habebit,
formosus dives liber rex solu' vocetur.

Valeri sententia dia

---

pertinet, ut 'ac velut ille canum morsu'. interdum nobilitatem significat, ut 'multum ille et terris iactatus et (addendum *alto*)'. aut similem rem designat: Lucilius 'velut OLLI ... insidiisque'."

1168. Porphyrio ad Horatii carminum I, 7, 1 "Claram Rhodon. Propterea claram, quod soli sit opposita dicit. de qua et Lucilius sic ait '*Captium Rhodos* (apud Fr. Dousam in auctario editionis Cruquii p. 688 *Rhodus Carpathium*) in pelagus (*se* additum apud Dousam) inclinat apertum'."

1169. Porphyrio ad Horatii carminum librum I, 27, 1 "Natis in usum laetitiae. Natis pro factis; ut apud Lucil. 'iudicis ... rem *palestra*'." Commentator Cruquianus eadem habet p. 60[a], sed rectius *nata palaestra*.

1170. Porphyrio ad Horatii serm. I, 3, 21, 'Maenius absentem Novium', et commentator Cruquianus p. 333[a] "Hic fertur domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, divendita unam columnam sibi ibi (*ibi* omittit Cruq.) excepisse, unde gladiatores spectaret; quae ex (*ab* Cruq.) eo columna Maenii nominabatur. cuius et Lucilius sic meminit (*huius meminit Lucilius* Cruq.), '*Maenius columnam* cum peteret (*peteret cum etc.* Cruq.)'."

1172. Porphyrio ad Horatii sermonum I, 3, 124 "Porro autem Stoici existimant perfectae sapientiae virum omnia habere. in quo et Lucilius versatus sic ait, 'nondum etiam HAEC ... vocetur'."

1174. Porphyrio ad Horatii serm. I, 6, 12 "Contra Levinus, Valeri genus. Id est Valerius Levinus ... periphrasim autem necessario fecit, sicut Lucilius, cum dicit 'Valeri ... dia'. quia scilicet nomen quattuor brevium syllabarum est, eo non potest in hexametrum versum recipi." Commentator Cruquianus p. 373[a] "Valeri per apocopen, sicut apud Lucilium 'Valeri ... dia'."

1170. Ianus Dousa *columnam Maeniu' cum peteret* vel *exciperet*.

lectum
perminxi imposuique pudendam pellibu' labem.

ut praetori' cohors, ut nostris dixit aruspex.

et vellit mappas mantela merumque.

nam si tu fluctus undasque e gurgite salso
tollere decreris, venti prius Emathii vim,
ventum, inquam, tollas: tum c... q... i... l...

1181[a] adde soloecismon genera atque vocabula centum

1175. Porphyrio ad Horatii serm. I, 6, 22 'quoniam in propria non pelle 'quiessem'. "... Et hoc inde sumptum est quod ductores (sic Fabricius, Fr. Dousa, commentator Cruquianus: scribendum videtur *veteres*) in pellibus dormirent (sic Fr. Dousa: *dormitent* ceteri). cuius (*cui* Fabricius) rei et Lucilius testis est, cum dicit 'PER MIHI LECTUM imposuique PEDEM pellibus HABES'."

1177. Porphyrio ad Horatii serm. I, 7, 23 et brevius commentator Cruquianus p. 383[b] "Cohortem comites dicit Bruti, qui in consilio eius erant. sic et Lucil. ait 'ut ... aruspex'."

1178. Porphyrio ad Horatii serm. II, 4, 81 "Mappas antiqui dicebant quae nunc mantilia. unde Lucilius ait 'et vellit mappas'." Iunius Philargyrius ad georgicon IV, 377 "Mantelia. huius singulare mantelum. Plautus in Captivis ... Lucilius autem mantela dicit, 'mappas mantela merumque'."

1179. Iulius Rufinianus de figuris sentent. et elocut. 26 "Epagoge. fit haec ex rerum similium collatione vel argumentorum, salva tamen similitudine. rerum ... argumentorum autem, ut *Lucius* (Dousa *Lucilius*) 'nam si ... prius HAEMATIUM ventum inquam tollas t. c. q. i. l.'." (XVI?)

1181[a]. Pompeius p. 430 "Quo modo autem fiat soloecismus, quo modo fiat schema, ex affectu scribentis debemus agnoscere: si necessitas metri cogit, ut vitia faciat, schema est, si autem etiam sine necessitate metri potest illa res dici, apparet esse soloecismum etiam in versu. quot modis, ait, fiunt soloecismi? Donatus redegit se ad summam brevitatem et dixit, duobus tantum. *Lucius* autem dixit centum et enumerat omnes: extat liber ipsius, dicit illud et illud. nam ait sic 'adde *soloecismon* (*soloecismon* olim correctum) genera ... centum' et currit (*percurrit*) ipsa vocabula versibus scriptis arte et ibi enumeravit illa omnia." Isidorus orig. I, 32, 5 "Nam *Lucilius* centum genera soloecismorum dixit."

1175. Correxit Ianus Dousa.
1180. Rob. Stephanus *ventum prius Haematium tu.* Ruhnkenius *Emathium.*

b ore corupto

c qui campos collesque gradu perlabitur uno

d fingere praeterea adferri quod quisque volebat.
illum sumina ducebant atque altilium lanx,
hunc pontes Tiberinu' duo inter captu' catillo.

e prodes amicis.

f et suffocare lacunas
conatur

g Brutace bilingui

1181[b]. Consentius in arte de barbarismis et metaplasmis p. 30 "Poëtae faciunt metaplasmos, cum ipsi iam scripturam relinquunt corruptam, ut est 'relliquias Danaum' et 'tanton me crimine dignum Duxisti': addidit enim unam litteram per metaplasmum l, item contra (addendum *dempsit litteram per metaplasmum e*), sicut Lucilius 'ore corupto': dempsit enim unam literam per metaplasmum r."

1181[c]. Appuleius in floridis p. 100 "Equum deligunt diutinae fortitudinis, vivacis pernicitatis, item et ferre validum et ire rapidum, 'qui ... uno', ut ait Lucilius."

1181[d]. Macrobius Saturn. III, 16, 18 "Sed et Lucilius, acer et violentus poëta, ostendit scire se hunc piscem egregii saporis qui inter duos pontes captus esset, eumque quasi ligurritorem catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur. proprie autem catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Lucilii versus hi sunt 'fingere ... *Tiberinos* (*Tiberinu'* Ianus Dousa) ... catillo'."

1181[e]. Macrobius de differentiis et societatibus graeci latinique verbi p. 2754 "Similiter apud Latinos imperativus nascitur ab infinito abiecta ultima ... et ades et prodes. Lucilius 'prodes amicis'."

1181[f]. Diomedes p. 361 "Praefoco praefocavi Probus quasi novam vocem miratur. ... Lucilius tamen ait 'et ... conatur'."

1181[g]. Porphyrio ad Horatii serm. I, 10, 30 "Canusini more bilin-

---

1181[b]. Conf. comm. in Lucr. p. 416.

h echinus
cinnabari infectus

i murexque marinus

k purpureamque uvam facit albam pampinum habere

l lactentia Coa
clam cum melle bibi

m et velut in fabrica fervens cum marculu' ferrum
multorum magnis .... ictibu' tundit

n agrariu' mergus

---

guis. Bilinguis dixit, quoniam utraque lingua Canusini usi sunt sicut per omnem illum tractum Italiae, quem ex maiore parte Graeci incoluerunt. ... ideo ergo et Ennius et Lucilius 'Brutace bilingui' dixerunt." (sic Fr. Dousa in auctario commentatoris Cruquiani). Vide Paulum diaconum in 'Bilingues Bruttates'.

1181[h]. Porphyrio ad Horatii serm. I, 6, 117 "Adstat echinus vilis ... echinum Lucilius sic dixit, quasi scortea ampulla sit, ut cum ait 'echinus *chinabam* (*cinnabari* Scaliger) infectus'." Commentator Cruquianus p. 375[b] "... alii ampullam scorteam, iuxta illud Lucilii 'echinus *chinabam* infectus'."

1181[i]. Acro ad Horatii serm. II, 4, 32 et commentator Cruquianus p. 559[b] "Murex autem genus est piscis, ut Lucilius 'murexque marinus'."

1181[k]. Cledonius p. 1896 "Pampinus et dies generis sunt communis. hic pampinus Accius ... haec pampinus Lucillius 'purpureamque ... habere'."

1181[l]. Caper p. 2242 "Lactens qui lacte alitur, lactans qui decipit, lacteus lacte abundans, velut lacteas ficus. Lucillius 'lactentia *coagula* (*Coa clam* Ianus Dousa) cum melle bibi'."

1181[m]. Isidorus orig. XIX, 7, 2 "Marculus malleus pusillus. Lucilius 'et velut in *fabricam* (*fabrica* Fr. Dousa) ... magnis (*magnis tuditantium* Scaliger) ictibus tundit'."

1181[n]. Iulius Capitolinus in vita Pertinacis 9 "Avaritiae suspicione privatus non caruit, cum apud vada Sabatia oppressis fenore possessoribus latius suos tenderet fines. denique ex versu *Luciniano* (*Luciliano* olim correctum) 'agrarius mergus' est appellatus."

INCERTA

1182 carissam

crucium

noctilugam

1185 rabula

suberies

canaliculam

non omnibus dormio

1182. Paulus diaconus lib. III ex Festo p. 34 "Carissam apud Lucilium vafram significat."

1183. Paulus p. 41 "Crucium, quod cruciat. unde Lucilius vinum insuave crucium dixit."

1184. Paulus p. 109 "Noctilugam Lucilius cum dixit, obscenum significat." Festus p. 174, 8 " —— L. II. obscae —— medica."
Numeros librorum Lucilii Festus nullo loco apposuit.

1185. Paulus p. 137 "Rava vox, rauca et parum liquida, proxime canum latratum sonans, unde etiam causidicus pugnaciter loquens rabula." Festus p. 282, 14 "..... vocem —— parum —— antem —— loquen —— Lucilium —— "

1186. Isidorus orig. XVII, 7, 27 "Suberies arbor, ex qua validissimus cortex natatorius extrahitur. et ideo appellata suberies, eo quod fructus eius sues edunt: porcorum enim alimenta sunt non hominum, et dicta suberies quasi subedies." Festus p. 294, 15 "—— ex qua cortex —— Lucilius —— ti hibernacu ——"

1187. Nonius p. 198, 7 "Canalis masculino. ... feminino Lucilius hypocoristicos canaliculam dicit."

1188. Festus p. 173, 5 "Non omnibus dormio' proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor eius moecharetur. eius meminit Lucilius."

Tappulam rident legem concere opimi

1190 inpermixtum limforem

iugererum

strigilim

ninguis

animo ac virtutibus

1189. Festus p. 363, 21 "Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo, 'tappulam ... opimi'." Paulus p. 155 "Tapulla dicta est lex quaedam de conviviis."

1190. Nonius p. 212, 4 "Limfa, aqua, genere feminino, ut saepe. masculino Lucilius 'inpermixtum limforem'."

1191. Charisius p. 40 "Cum ergo e vel i vel u terminetur ablativo singulari (*ablativus singularis*), um accipit et facit genitivum pluralem, dativo (*-vus*) et ablativo (*-vus*) bus syllaba terminantur; veluti ab hoc rege regum regibus, ab hac navi navium navibus, et ab hoc portu portuum portubus. invenimus tamen apud auctores etiam his contraria: nucerum enim Coelius dixit, Lucilius IUGERUM, Gellius vero regerum et lapiderum, cum rum syllabam numquam accipiat ablativus e littera terminatus, nisi cum producitur, ut ab hac re rerum, die dierum, specie specierum, facie facierum."

1192. Charisius p. 101 "Clavim Tibullus ... strigilim quoque Lucilius, Varro de poëmaton (sic) secundo lentim, quod eorum nominum ablativus singularis in i exit."

1193. Charisius p. 71 "Excipitur autem hoc solum, nix, quod contra rationem nivis facit; licet veteres ninguis declinaverunt, e quibus est Lucilius."

1194. Donatus ad Terentii Adelphos II, 1 p. 258 "Ex tuis virtutibus. Sic veteres per *εἰρωνείαν* virtutes pro flagitiis dicebant. Lucilius 'animo ac (olim impressi *an*) virtutibus'."

1189. Legis quamvis fictae nomen non potuit non esse sono et forma gentilicium. puto fuisse *Tappuviam.* Pacuvii nomen et in Festi codice et in aliis fere scribitur *Pacuius.* Tum Scaliger *congerae,* Müllerus *congerrae optimi.* sed congerrones a veteribus *congerras* dictos esse non demonstrant: nam quae leguntur apud Festum p. 297, 29 *crebro congre vocar* ——— *vocabulo quod est* ———, obscurissima sunt, quamvis pertineant ad *sodales.*

1190. Ianus Dousa *limporem.*

1195 scorta Pyrgensia

parce

...... arcusque

facti subpudet

1198a corolla

1199 aquilum

1200 gutillioncae

Quintilianus instit. I, 5, 56 "Taceo de Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque: nam ut eorum sermone utentem *Vettium* (*vetticium* pars librorum) Lucilius insectatur."

1195. Servius ad Aeneidos x, 184 "Et Pyrgi veteres. Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore quo Tusci piraticam exercuerunt: nam illic metropolis fuit. quod postea expugnatum a Dionysio tyranno Siciliae dicitur. de quo Lucilius 'scorta PYRGENTIA'."

1196. Servius ad Aeneidos x, 532 "Parce autem est secundum antiquos serva, ut apud Lucilium et Ennium invenitur."

1197. Interpres Vergilii Veron. Aeneid. VIII, 25 p. 99 de lacunaribus, ut videtur. "Lucilius —— arcusque."

1198. Interpres Veron. ad Aen. IX, 373 "Nam sub pro parum ponitur. Lucil. 'facti subpudet'."

1198a. Isidorus orig. XIX, 30, 1 "Corona insigne victoriae sive regii honoris signum ... haec a Lucilio corolla, ab Homero *στεφάνη* dicta est."

1199. Glossarium Stephani "Aquilum, *μέλαν, ὡς Λουκίλλιος.*"

1200. Glossaria Labbaei p. 83 "Gutilli oncae, *κάροια* (*κάρυα*) *μακρὰ παρὰ Λουκιλλίῳ.*" Ibidem "Gulluca, *καροιοτομια.*"

1197. Confer v. 1162 *resultabant aedesque lacusque.*

1200. Vulcanius *gulliocae.* Scaliger *Gulioca καρυοτόμια.* scilicet apud Paulum p. 73 haec sunt, *Gulliocae, nucum iuglandium summa et viridia putamina,* item in glossis Placidi p. 467 *Galliciciola, cortice nucis iuglandis viridis, per quem corpus humanum intelligi vult.* cum his Müllerus haec Pauli coniungit, quae leguntur p. 39, *Culliola, cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum quibus vinum sive oleum continetur.*

Porphyrio ad Horatii serm. II 3, 41 "Primum inquiram. Ostendit quid sit furor, ut Lucilius."

Horatius sermonum II, 1, 30 "Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris, neque, si male cesserat, usquam Decurrens alio, neque si bene." Porphyrio "Ille enim in suis scriptis ostendit Sapphonis et Alcaei volumina se loco sodalium habuisse." Acro et commentator Cruquianus p. 408[a] "Ille velut fidis. Hoc Lucilius ex Anacreonte Graeco (omittit Cruq.) traxit et Alcaeo (addit *Sapphoque Graecis*) lyricis, quos ait Aristoxenus libris propriis amicorum loco usos esse."

Curius Fortunatianus rhetor lib. III p. 92 "Quid hic aliud observabimus? quae verba magis sonantia sint, ea potius collocemus, quae Lucilius *εὔφωνα* appellat, id est quasi vocalia. ut pro Coelio 'aliud fori lumen est, aliud lychnorum', cum potuisset etiam structius dicere 'aliud lucernarum'."

Servius ad Aeneidos VIII, 83 "Conspicitur sus. Horatius 'et amica luto sus'. sciendum tamen hoc esse vitiosum, monosyllabo finiri versum; nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia, ut 'parturient montes, nascetur ridiculus mus.' gratiores enim versus isti sunt secundum Lucilium."

Servius ad Aeneidos IX, 573 "Caenea Turnus, Turnus Ityn. ut ait Lucilius 'bonum schema est quotiens sensus variatur in iteratione verborum, et in fine positus sequentis fit exordium; qui appellatur climax'."

Servius ad Aeneidos VIII, 9 "Diomedes postquam repperit ira Veneris a se vulneratae uxorem Aegialeam apud Argos cum Cyllabaro ut Lucilius vel Cometa ut plerique tradunt turpiter vivere noluit reverti ad patriam."

Cicero de fin. bon. et mal. v, 30, 92 "At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus *ἀγέλαστος*, ut ait idem, vocaretur." Idem Tuscul. disput. III, 15, 31 "Nec vero ea frons erat, quae M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius." Asconius falsus in actionem I in Verrem 5 p. 128 Bait. 'Semel ait se in vita pertimuisse.' "Ex eodem sensu est, quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius." Confer Macrobium Sat. II, 1, 6.

Ammianum Marcellinum XXVI, 9, 11. Plinium hist. nat. VII, 79. Hieronymus ep. ad Chromatium, Iovinum et Eusebium I p. 20 Vallars. "Secundum illud quoque, de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius 'similem habent labra lactucam asino carduos comedente'." Confer eundem ep. ad Demetriadem I p. 983 Vallars. et al.

.80 Stech. Feb. 19/79.